30. EPISTOLAE PHILOLOGICAE ET HISTORICAE, DE FLAVII JOSEPHI...

Christoph Arnold


Digitized by Google

6
41-c
26

Bibliotheca
Coll. Rom.
Soc. Jesu

-c-26

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
29 B
1



IOS. IGN. BURCK. EDLER. V. HOR=
MAYR ZU HORTTENBURG D. H.
R. REICHS RITTER, DER RÖM:
KAYS: UND KÖNIGL: CATH: MAI:
Ö: Ö: REGIMENTS RATH U: OBER:
ADMINISTRATIONS = DIRECTOR
DER GRAF: U: HERSCHAFTEN
KIRCHBERG UND WEISENHORN.
Aº. 1730.

Digitized by Google

Albert. Cubiz.. Profess. Hyp. Lud.

6-41-c-26

Digitized by Google

Digitized by Google

TESTIMONIUM FLAVIANUM.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

XXX
EPISTOLÆ
PHILOLOGICÆ
ET
HISTORICÆ,
DE
Flavii Joſephi
TESTIMONIO,

quod Jeſu Chriſto tribuit

Lib. XIIX. Antiq. cap. IV.

CHRISTOPHORUS ARNOLDUS

fideliter illas recenſuit,

Argumenta præmiſit,

Et

Judicia Veterum ac Recentiorum

ex Scriptis Eorundem excerpſit.

Omnia cum Indice

neceſſario.

BIBLIOTECA NA[Z]
ROMA
VITTORIO EMANUE[LE]

NORIBERGÆ,
Typis ac Sumtibus *Michaelis & Joh. Friderici Endterorum.*
cIↃ. IↃc. LXI.

Digitized by Google

XXX
EPISTOLÆ
PHILOLOGICÆ
ET
HISTORICÆ,
DE
Flavii Joſephi
TESTIMONIO,
quod Jeſu Chriſto tribuit
Lib. XIIX. Antiq. cap. IV.
CHRISTOPHORUS ARNOLDUS
fideliter illas recenſuit,
Argumenta præmiſit,
Et
Judicia Veterum ac Recentiorum
ex Scriptis Eorundem excerpſit.
Omnia cum Indice
neceſſario.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

NORIBERGÆ,
Typis ac Sumtibus *Michaelis & Joh. Friderici Endterorum.*

cIↃ. IↃc. LXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROBIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELELEGOMENA,

DE FLAVII JOSEPHI TESTIMONIO.

TErtullianus, *vir Scriptorum* * *nobiliſſimus*, benè ac prudenter in libro, *adverſus Valentinianos* (ut cú *Auguſtino* ** de hoc ipſo Auctore, dicam) eloquentiſſimè ſcripto: *Nihil VERITAS erubeſcit, niſi ſolummodò abſcondi. cap. 3.* Quam vocem cùm ſæpè penſiculatiùs æſtima-

* *Ruffin. lib. II. Hiſt. Eccl. c. 24.*
** *Lib. de Hareſib.*

Digitized by Google

...em, ac Viri præterea eru-
s apud me Variorum,
ori loco Joſephi, Epi-
ſtolas latere haud ignorantes, me commonefacerent; ut impertirem eas aliis quoque, communicaremq; cum bonis ac doctis Lectoribus: nullus equidem potui, quin & horum voluntatibus obtemperarem, ipſamq; Veritatem diligentiſſimè obſervarem; quæ *tutiùs* (ait Præſul ille * Hipponenſis) *auditur, quàm prædicatur*. Sed terrorem mihi *periculum* fermè præbuit, cùm complexus eſſem cogitatione *Bernhardum*,

* *Tract. 57. in Johan.*

dum, * ita ſcribentem: *VERITAS humiliter auditur, ſed ſine periculo non prædicatur.* Percuſſit me etiam *Hieronymus*, ** novumq; injecit terrorem his verbis: *Hæc eſt conditio VERITATIS, ut eam ſemper inimicitiæ ſequantur.* At enim à bonis nil metuo, malos non curo; quorum tàm præfracta in manſuetiores Muſas petulantia, ac tanta protervitas eſt, ut Nemeſin haud reverenter habeant; ſed ultrò in ſe provocent, concitentq;. Sapiant hi ſibi, queis nempe anima pro ſale, aut naſus

* *Serm. II. in Cœn. Dom.*

** *In cap. IV. Epiſt. ad Galat.*

naſus pro ſalino eſt: Iſtis non refragabor.

Ad illos nunc revertor, qui velut moderatores, & quaſi temperatores veræ eruditionis, in judiciis modeſtè ſe gerunt; & omnia temperatè agunt. Quivis facilè (cui pectus ſapit) ex harum Epiſtolarum editione intelliget, me ex animo agere, & ſine dolo malo: De illis ad Lectorem nihil occulto; nihil diſſimulo; nihil mihi aliisvé indulgeo. Haud raro (fateor) eruditisſimo *Snellio* (cujus ſanctiſſimos Manes ob veram pietatem, improborum invidia

certè

Digitized by Google

certè digniſſimam, & præclara in me olim merita, conſtanter colo) fictam intendi liticulam; quaſi manibus pedibusq; in Clariſſimi *Ruperti* P. M., Præceptoris quoque mei fideliſſimi, ſententiam illicò abiturus: Sed pertentando utramq; ſententiam, ad eruditum certamen, quò magis exprimeretur Veritas, calamos elicere, haud ſuperſedi: Cumprimis, ubi Vir integerrimus petiviſſet à me, in Belgio tum temporis degente, maxima contentione; ut celeberrimorum Virorum ea de re judicia perſcriberem:

Digitized by Google

Nam leniter & verecundè (qua Is erat modeſtia) ac ſine deteſtatione nimia, ſineq; opprobratione acerba reprehenſionis, cauſſam ſuam, in *Abravanele* propoſitam, porrò tueri atque defendere, Illi quidem propoſitum erat. Sed immatura morte præventus, quod animo intenderat, ex conſtituti fide (ut cum Floro dicam) reſignavit; neq; ultimas meas vidit. Exaravi quidem ad varios varia quoque epiſtolia; ſed reculas, vel nugas potiùs meas, contemſi ſemper, ac pro nihilo putavi: Quare pauciores literas, à beatis-

Digitized by Google

beatisſimo *Snellio* inter ſchediaſmata ſua relictas, & ab amico dein mihi communicatas, cæteris immiſcui. Ad me verò quod attinet, vel verbo nunc oſtendam, qui ſit meus ſenſus de hoc teſtimonio: Idem cum *Oſiandro*, *Snellio*, *Blondello* (cui & *Urſinus* meus adſtipulatur) aliiſq; ſentio; & cum his libenter facio, quia Hiſtoricorum auctoritatem (cujus ſuperſtitione unus & item alter fortasſis obligatur, conflictaturq;) tanti non fecére; ut fraudem manifeſtam, *ante ipſam Origenis ætatem* ſtudio
 factam,

factam, quæ jam oculis cernitur, detegere tandem, & nudare, propter neſcio quam timiditatẽ, dubitarent. Hæc mea quidem ſententia eſt, quam nemini obtrudo; neque etiam in hoc Flavii teſtimonio ab ea diſſentientibus, ſuccenſeo: Si tamen alii, quodam repugnandi ſtudio, in contrarium fortè, accingantur; vel propriam auctoritatem ſuam ſtudioſè defenſitent, penes eosdem lis eſto; quam meam (crede) non faciam. Inter hæc autem confido, & magis magisq; in ſpem venio; hanc quoque

liber-

libertatem illos mihi remiſſuros, quos ea patior ſentire, quæ velint.

Adhæc ſilentio prætereundum non eſt, quod Vir commemorabili eruditione ac prudentia præditus, *Henr. Valeſius* (quem *ſeculi delicias* meritò vocamus) in pereruditis annotationibus ſuis *ad Euſebii Hiſtoriam Eccleſiaſticam*, hunc ipſum, quàm potuit accuratiſſimè, tutatus, *Tanaquilli* (ceu videtur) *Fabri* impetus propulſavit; qui τεχνάσματος, ſive fraudis hujus auctorem eſſe Euſebium, ſcripſerat. Ante hunc illa de

 Chri-

Chriſto fuiſſe Joſepho addita, oſtendit & ipſe *Snellius*, *Diſp. ad Abrav. th. 29.* Vota pro Valeſio, communiq; reipub. literariæ nuncupamus, uti ea res, quã Vir illuſtris de *Theodoreto* pariter atque inſimul (ni fallor) *Socrate*, eadem cura & diligentia edendis, in animo habet, & Hiſtoriæ & Nomini Valeſiano benè ac feliciter eveniant.

Nec mirum videri debet, falſarium quendam, in Joſepho, ad fallendos ſive Chriſtianos ſive Judæos, talem dolum intendiſſe, ut vana accreſceret fides: Nam doli machina-

chinatores, in Codicibus maximè ſacris, vel aliqua ſaltim ex parte ad Chriſtianam religionem attinentibus, inſerebant tollebantvé ad libitum, quæ vellent. *Philip Melanchthonem* teſtor, qui *Part. II. Conſil. Theol. ſub finem A. 1559.* de ſententia verborũ cœnæ, ad Jo. Cratonem ſic ſcribit: *In* THEOPHYLACTO *Oecolampadius bona fide reddidit verba* περὶ μεταστοιχειώσεως, *quæ invenit in ſuo Codice. Tota illa ſententia deeſt in noſtro Codice. Ita veteribus libris inſertæ ſunt corruptelæ.* Nonne & ea verba ex Evan-

gelio

Digitized by Google

gelio LUCÆ, *cap. XIX.* §. *41.* quibus fleviſſe Chriſtus dicitur, & humanæ in eo affectiones probantur, veteribus exemplaribus abraſa fuerant, & Epiphanii ætate deſiderata; quæ tamen hodiè in omnibus exemplaribus Græcis, & apud Syrum, veteremq́; interpretem Latinum leguntur? Vide, ſi placet, *J. Druſium lib. VII. Obſerv. cap. 2.* Adde Joſephum, in loco de Habele corruptum, *lib. VI. cap. 12.* Illud de *emto, ex proditionis pretio, agro in* JEREMIA *olim extitiſſe* (quo inclinat *Euſebius lib. X. Demonſtr.*

Evang.

Evang. cap. 5.) diſputat Socinus; quod *Theod. Thummius in Impiet. Photin. Art. de Script. Sacr. pag. 118.* negat. Sed hîc omni cautione opus eſt, ne navigemus, niſi exploratè.

Num ad vetera Fl. Joſephi MSSta hîc recurrendum ſit, *Dav. Blondellus in Epiſt. ſua, pagg. 210. 211.* ſententiam pro me dicat. De his olim Codicibus exquiſivi in Bibliothecis publicis: *Lugdunenſi, Oxonienſi, Cantabrigienſi*; item in *Domo Petri*, & *Johannitica*, quæ Cantabrigiæ celebrantur: Londini in *Regia*, *Weſtmonaſterienſi*, *Cottoniana*, & *Sionis*.

Digitized by Google

Sionis. Exploravi etiam privatas *Jac. Uſſerii, Mer. Caſauboni*, & *Jo. Seldeni:* Sed fruſtra. *Viennenſe* illud *vetuſſimum* eſſe, Magnæ Britanniæ Oraculum, *Seldenus* me edocebat; hæc inſuper de *Cantabrigienſi* addens Codice: *Non didici*, ait, *ullibi in Anglia, vel in tribus etiam Regnis, eſſe Joſephum MStum!* Præterea *Codices tres Ruffini* poſſidere Britanniam, Vir ſummus affirmabat; qui Presbyter Aquilejenſis *Euſebii Cæſarienſis Hiſtoriam Eccleſiaſticam* (ubi & teſtimonium iſtud Joſephi reperitur) ex Græco convertit:

tit: Verum *Euſebius* ipſe trecentis demũ poſt Joſephum annis ſcripſit: Hunc *Ruffinus*, poſt annos ſexaginta, inſecutus eſt; ita ut vel parum, vel nihil omninò, è *triplici* quamvis Ruffini *Codice*, à nobis colligi posſit, quod fidem Joſephi augeat, vel tueatur. Ab omni cura ac ſolicitudine liberat nos *Caſaubonus Exerc. I. ad Appar. Annal. num.* 99. his verbis: *Non obſtat, quod apud* Photium *vulgata extat lectio; aut quòd* Ruffinus *multò antiquior eandem agnoſcit. Veriſſimum enim eſt, quod multos ante annos* ad Suetonium

dice-

Digitized by Google

dicebamus, & argumentis aliquot demonſtravit poſtea ὁ μακαρείτης Joſ. Scaliger, *Joſephi Codices depravatiſſimos circumferri; neque hodiè aut herì eſſe corruptos, ſed* ante Ruffini *ætatem.* Et poſt paullò: *Tanta autem fuit* Ruffini *in hoc præclaro incepto* infelicitas, *ut libris illi uti contigerit etiam hodiernis noſtris interdum depravatioribus.* Fuit præterea penes *Seldenum* prima Joſephi *editio Græca*, hoc eſt, *Aldina*, in quam *Iſaacus* quidem *Caſaubonus* ex aliis Coddd. Regiis multa Pariſiis quondam enotavit; ſed hanc ipſam

Digitized by Google

ipſam de Chriſto περιοχὴν intactam prorſus reliquit. Hinc & genuinam eſſe, cenſuit *Exerc. XI. ad Annal. Eccleſ. Ann. XXI. Num.* 2. Hujus collationis ipſe meminit *Exerc. I.* antè citata: *Græci Codicis ſcripturam*, inquit, *in editione Baſilienſi (nupera enim priore deterior) locis propè infinitis eſſe corruptam, & ſæpè vocibus aliquot mutilatam, eſt ubi periodis integris, docuit me diligens comparatio cum vetuſtiſſimis exemplaribus, quæ in Regis Chriſtianiſſimi Bibliotheca ſervantur. Collationem illam ante annos quinque inſtitueram,*

Digitized by Google

tueram, opera adjutus doctiſſimi Viri, & amiciſſimi, Caroli Labbæi, *Juriſconſulti; quum id à nobis illuſtriſſimus* Scaliger *petiiſſet, de editione nobiliſſimi Scriptoris tùm cogitans.* Hæc Caſaubonus.

Auctor ipſe, Flavius, laudatur ab his, culpatur ab illis; ceu varia de hoc judicia Vir ſingularis induſtriæ, *Mart. Zeillerus Part. I. Hiſtoric. Chronol. & Geogr. Celebr. pag. 74.* fideliter conſignavit. Idem *ambitioſus & fallax* vocatur à *Guil. Soſſio in Dial. de Numine Hiſtoriæ, cap. 46.* Contrà ſtrenuè illum defendit *Paganinus*

Digitized by Google

nus Gaudentius, lib. de Philoſ. apud Roman. cap. 77. & 114. Nec non *Caſaubonus*, velut *Hiſtoricum nobiliſſimum* contra Baronium, *ingratum* Joſephomaſtigem. *Exerc, XI.* Contra *importunam calumniam* hujuſdem Baronii, *Rich. Montacutius, Tom. I. Orig. Eccleſ. Part. poſter, num. 87.* Dein illum appellat *graviſſimum virum, & Hiſtoricum diligentiſſimum, Scriptorem laudatiſſimum.* Vide ſis eum in *Analect. Exerc. Eccleſ. X. ſect. 4.* Imò *in hiſtoria & diligentiſſimè & veraciſſimè verſatum* (ſed ne quid nimis!) *ſect. 6.*

Deniq;

Deniq; *doctiſſimum Judæorum Hiſtoricum* (quod facilè crediderim) *ſect.* 7. Super hæc *Schikardus* eundem, *Scriptorem alioquin probum*, itemq́; *exploratæ fidei autorem* vocat in *Proœm. ad Tarich*, *pagg* 58. 68. Nam multa profectò illi debemus, quæ *recta* (Judice Balduino) *præclara*, *neceſſaria*, *ad ipſam quoq; ſacram hiſtoriam illuſtrandam*. Conſule mitiùs de hoc cum aliis ſentientem *Deg. Whear in Relect. Hiſt. Part. I. ſect.* 32. Nec probat divinus ille *Voſſius* iſtorum audaciam, qui *qualicunq; auctoritate*, *vel minuta* *rati-*

ratiuncula defendere contrarium ſibi poſſe videntur. Hiſt. Græc. *lib. II. c. 8.* Errores mollisſimè tangit, atque excuſat *Melch. Canus lib. XI. Loc. Theol. c. ult.* hunc in modum: *Errores fuere ignorantis, non mendacia fallentis.* De ipſius hiſtoria hæc præmittit: *Quin & Joſephus ipſe hiſtoriam ſuam gravibus, probabilibusq́; rationibus commendavit: Quæ non minorem faciunt fidem, quàm ſi eædem ab Hieronymo, aut alio quopiam auctore, poſitæ fuiſſent.* Dandum autem inter tot judicia hoc temperamentum exiſti-

mo, ut modum in iſtis teneamus; nec mali ſemper, nec boni ubique Hiſtorici leges obſervaſſe, arbitremur. Tres enim hiſtoriæ leges *Cicero lib. II. de Orat.* commemorat: *Primam*, ne quid falſi dicere audeamus; *alteram*, ne quid veri non audeamus; *tertiam*, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit, ne qua ſimultatis. Ex his tertiam ſignificari apud *Cicer. lib. V. Ep. Fam. 12.* monet *P. Manutius in Comment.* Peccaſſe iſtum in has leges, *H. Grotius* ad hiſtoriam Pilati, ſanguinem Galilæorum miſcentis cum ſacrificiis eorum, *Luc. XIII.*

XIII. §. 1. jam obſervavit: *Hiſtoriam hanc à Joſepho præteritam, non magis mirum eſt, quàm infanticidium Bethlehemiticum. Fuerit hoc fortè inter illa, quorum Judæi Pilatum apud Cæſarem accuſarunt.* Simile quid in hiſtoria Herodis, & Evangeliſtæ Johannis, *Georg. Calixtus lib. III. Concordiæ cap. 2.* deprehendit: *Quicunque quidem*, ait, *quantumcunque vir magnus fuerit, Scripturæ contradicit, falſum dicit; neque excipi debet Joſephus. Interim vix veriſimile eſt, Joſephum hæc tàm celebria, & ipſius propemodum ætate geſta*

ſta ignoraſſe, &c. Interdum & ſectæ Phariſaicæ, cui addictus erat, aliquid indulgens, longè ſecus de factis, vel conſiliis potiùs judicabat, atq; ingenui Scriptores ſolent. Sanè Antiochum, in templum Dianæ ſacrilegum (ſi licuiſſet) futurum, *lib. XII. cap. 13.* excuſat: *Voluiſſe tantùm*, ait, *ac non etiam perfeciſſe ſacrilegium, non videtur res digna ſupplicio.* Hac de cauſa & concupiſcentiæ originalis malitia, Paullo, adhuc Phariſæo, res inaudita videbatur. *Rom. VII. §. 7.* Ceu præclarè, ut omnia, *Jo. Conr. Dannhavverus*

rus id ipſum nos edocet *Act.* *I. Dramatis Sacri, Theat. I. Phænom. II.*

At ne quem fortè offendat *Ben Matthiæ* cognomentum, quo in Epiſtolis (ubi cum *R. Menaſſe* mihi res fuit) *Gorionidem* una & item altera vice appellavi, hoc ex abundanti adjicio; me nimirum, *ex Judæorum ſententia*, cum Judæo locutum, qui *Joſephi continuationem* cogitans, in privato ſæpè colloquio Gorionidem, *ſuum Ben Matthiæ*, tantùm indigitabat. Quare & *Munſterus præf. ad Gorion.* ſeriò contendit, appellari eum

Gorionis filium, in Hebraico volumine, à parente propinquiore, in Græcis autem *Matthiæ*, ſive *Matathiæ*, à remotiore; ſed rebus geſtis, & nominis celebritate nobiliore. Quòd Joſephus, *filius Gorion*, ipſe nominet ſe *filium Matthiæ*, monuit *Schikardus in Proœm. ad Tarich, pag. 92.* Et ante Schikardum *Voſſius* ac *Scaliger* (quorum integra, de Joſepho, *Matthiæ filio*, æquè ac Joſippo, *Ben Gorionis*, judicia, his ipſis præmiſi Epiſtolis, ut eò meliùs intelligi *poſſent*) fraudem hanc planè commonſtrarunt *pagg. 13. 16.*

Fuſiùs

Fuſiùs contra Judæos (qui è *lib. II. de Bell. Jud. cap. 25.* probare conantur, Joſephum ſacerdotem, *filium Gorionis*, univerſæ Galileæ gubernatorem; & *filium Matthiæ*, quæ præfectura huic etiam in Græco Codice tribuitur, eundem fuiſſe) diſputant *Seb. Snellius in Diſp. ad Abrav. th. 23. & ſeqq.* atq; *Ant. Hulſius in Theol. Judaic. lib. I. part. I. ſign. 8.*

Poſtremò fallacem iſtum Gorionidem (quem cum Fl. Joſepho eundem faciunt Judæi) *ab otioſis hominibus, ante quadringentos annos*, aut præter propter, *interpolatum*, imò *falſatum* fuiſſe; ejusque hiſtoriam *hominem quendam imperitum*

ritum nimiùm auxiſſe, dudum conjecit *J. Druſius in Henoch, cap. 18.* Inde, ut autumo, delineatio iſta proſapiæ Joſephi, quam *Sam. Bochartus* (ut & alia multa, quæ in *Baſilienſi* editione deſiderantur) in *Veneta* A. C. 1644. ſe reperiſſe, teſtatus eſt, *lib. III. Phaleg. c. 15.* Nec immeritò amicus meus, *Epiſt. XXI.* dubitavit, *annon præter illum, quem Hebraicè, atq; in vernacula noſtra, nobis dedere Judæi* Gorionidem, *aut potiùs ex ſeſe finxere;* alium *vel* habeant, *vel* habuerint *in ſecretioribus theſauris.* Hæc igitur in anteceſſum dare volui, & quaſi proludere; ut ne res eſſet obſcurior, & difficiles explicatus haberet. *Lege*, quisquis es, & *judica.*

DESI-

DESIGNATIO
eorum, quæ in hoc opuſculo continentur.

Ger. Jo. Voſſius, de Fl. Joſepho. *Pag.* 1.
Idem, de Joſippo Gorionide. 11.
Joſ. Scaliger, de Joſepho Pſeudo-Gorionide. 15.
Teſtimonium *Græcum*, cum *Latina* verſione *Gelenii*, & *Hieronymi*. 23. 24.
Iſ. Abravanel Comm. XXIII. in Eſ. c. 34. & 35. interprete Snellio. 29.
Seb. Snellii particula Diſp. Theol. ad Abravanelem. 32.
Jo. Tob. Majoris, contra Snellium, pericope, quæ in Exegematibus Loc. Diffic. Περιξαπ. extat. 53.

EPISTOLA I. *Seb. Snellii* ad Rupertum. 63.
II. *C. A. Ruperti* ad Snellium. 83.
III. *Snellii* ad Rupertum. 104.
IV. *Ruperti* ad Snellium. 117.
V. *Ejuſdem* ad Th. Reineſium. 118.
VI. *Reineſii* ad Rupertum. 125.
VII. *Ejuſdem* ad Snellium. 130.

VIII. *Jo.*

VIII. *Jo Tob. Majoris* ad Eundem. 13

IX. *Reineſii* ad Eundem. 13

X. *Snellii* ad Chriſt. Arnoldum. 14

XI. *Arnoldi* ad Snellium. 15

XII. *R. Menaſſis Ben Iſraël* ad Arnoldum. 16

XIII. *Arnoldi* ad R. Menaſſen. 169

XIV. *Snellii* ad Arnoldum. 170

XV. *Arnoldi* ad Snellium, cum *Additamento* ex Seldeni *Comment. in Eutychium.* 185. 198

XVI. *Jo. Fred. Gronovii* ad Arnoldum. 203

XVII. *Dav. Blondelli* ad Eundem. 205

XVIII. *Abr. VVheloci* ad Eundem. 218

XIX. *Th. Lanſii* ad Jo. Fred. Kresſium à Kreſſenſtein. 228

XX. *Jo. Henr. Urſini* ad Arnoldũ. 231

XXI. *Jo. Chriſt. VVagenſeilii* ad Eundem. 244.

XXII. *J. Henr. Bœcleri* ad Wagenſeilium. 253.

XXIII. *Ejuſdem* ad Eundem. 263.

XXIV. *VVagenſeilii* ad Arnoldum. 266.

XXV. *Urſini* ad Eundem. 274.

XXVI. *VVagenſeilii* ad Eundem. 276.

XXVII.

XXVII. *Ejuſdem* ad Eundem. 278.
XXVIII. *Gronovii* ad Eundem. 284.
XXIX. *Th. Bangii* ad Eundem. 286.
XXX. *Tanaquilli Fabri* ad Jo. Chabrolium. 290.

I. EXCERPTA ſunt *Origenis*, lib. I. contra Celſum. 351.
II. *Euſebii Cæſarienſis*, lib. I. Hiſt. Eccleſ. c. 11. 355.
III. *Freculphi*, Tom. II. Chron. lib. II. c. 5. 357.
IV. *Nicephori Calliſti*, lib. I. Hiſt. Eccl. c. 39. 360.
V. *Jo. Trittenhemii*, lib. de Script. Eccl. 362.
VI. *P. Galatini*, lib. I. de Arc. Cath. Ver. c. 4. 363.
VII. *Sixti Senenſis*, Tom. II. Bibl. Sanct lib. IV. & lib. VII. Hær. 2. 369. 370.
VIII. *Cæſ. Baronii*, Tom. I. Ann. A. C. 34. & 96. 371. 374.
IX. *Ant. Poſſevini*, lib. XVI. Bibl. c. 14. 375.
X. *Rob. Bellarmini*, lib. de Script. Eccl. A. M 4057. 376.
XI. *Luc. Oſiandri*, Cent. I. Epit. Hiſt. Eccl. lib. II. c 7. 378.
XII. *Iſ. Caſauboni*, Exerc. XI. & XVI. 379. 380.
XIII. *Wilh. Schikardi*, in Procem. ad Tarich. 382.
XIV. *Georg. Calixti*, in Diſp. de V. R. C. 383.
XV. *Conr. Horneji*, Part. I. Diſp. Theol. II. 385.

XVI. *Gregorii Gregorii*, in Lex. Sanct. 386.
XVII. *Jo. Cloppenburgii*, in Epiſt. ad Cappellum. 388.
XIIX. *Lud. Cappelli*, in Reſp. ad Cloppenburgium. 389.
XIX. *Theod. Hackſpanii*, in Aſſert. Paſſ. Dom. 392.
XX. *Pag. Gaudentii*, de Progreſſu Philoſ. apud Rom. cap. 77. 394.
XXI. *Jo. Mülleri*, Part. I. Judaiſmi, lib. I. c. 29. 397.
XXII. *Mich. Waltheri*, in præf. Comm. in Ep. ad Ebr. 404.
XXIII. *Jo. Conr. Dannhavveri*, Act. I. Dram. Sacr. Th. I. Phæn. II. 415.
XXIV. *Jo. Micrælii*, lib. I. Judæ, Dial. 2. 416.
XXV. *Jac. Uſſerii*, Tom. II. Annal. 422.
XXVI. *Ant. Hulſii*, lib. I. Theol. Judaic. ſign. 8. 424.
XXVII. *Jo. Hoornbeek*, lib. III. contra Judæos. c. 5. 426.
XXVIII. J*ac. Altingii*, lib. IV. de Schilo, c. 29. 430.
XXIX. *Chriſt. Noldii*, in Hiſt. Idum. num. XX. 435.

GER-

GERARDUS JO. VOSSIUS
DE
FLAVIO JOSEPHO

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

Lib. II. de Hiſt. Græc. cap. VIII.

FLavius Joſephus, Matthathiæ filius, natus fuit anno primo *Caji* Cæſaris, cognomento *Caligulæ*: maternum genus ducebat à regia *Haſmonæorum* ſtirpe, ſive, ut vulgò vocant, *Maccabæorum*: ſecta fuit *Phariſæus*, quam ipſe ait ad illam, quæ Græcis *Stoica* vocatur, proximè accedere: annos natus XXVI. Romam ijt, ut pro ſacerdotibus aliquot ſuæ gentis intercederet;

Digitized by Google

quos *Felix*, Judææ procurator, ob culpam leviculam, vinctos miſerat Romam: ea occaſione per *Aliturum* mimum, genere Judæum, ac *Neroni* charum, innotuit *Poppeæ* Auguſtæ: nec modò impetravit, ut dimitterentur ſacerdotes; ſed etiam donis ab Auguſta ornatus in patriam rediit. Ubi, gliſcente ſeditione, *dux Galilæorum* ab Hieroſolymitanis factus, multa prudenter, & fortiter geſſit; uſque dum, *capta Jotapata, vivus in manus Romanorum venit*, ut ad Neronem mitteretur; quo cognito, *poſtulavit, ut cum Veſpaſiano loqui poſſet*, Tito filio, & duobus amicis præſentibus. Ibi ille *Veſpaſiano imperium prædixit*. Cujus etiam rei Suetonius meminit. Nam cùm de Carmeli DEI apud Judæam oraculo dixiſſet, ſubjicit iſta: *Et unus ex nobilibus captivis, Joſephus,*

cùm

cùm conjiceretur in vincula, conſtantiſſimè aſſeveravit, fore, ut ab eodem brevi ſolveretur; verùm jam Imperatore. Nimirum *vaticinium* propheticum *de Meſſia* Rege, quem iis temporibus Judæi etiamnum exſpectabant, *Veſpaſiano* accommodabat: eamq; vaniſſimam interpretationem eventu poſtea comprobatam fuiſſe, gentiles putarunt; quibus ignotum erat regnum ſpirituale, quod per univerſum orbem habet Soſpitator noſter Jeſus. Hinc idem Tranquillus paullò antè dixerat: *Percrebuerat Oriente tota vetus, & conſtans opinio, eſſe in fatis, ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano (quantum eventu poſtea patuit) prædictum, Iudæi ad ſe trahentes rebellarunt.* Ac ſimiliter Tacitus lib. V. Hiſtor: *Pluribus perſuaſio inerat, antiquis ſa-*

cerdotum literis contineri, eo ipſo tempore fore, ut valeſceret Oriens; profectiq; Iudæa rerum potirentur: quæ ambages Veſpaſianum, ac Titum, prædixerant. Nempe, ut videmus, in ſubleſta hac interpretatione gentibus præivit Joſephus, poſtquam res Judæorum retrò cedere, ac Veſpaſiano omnia ex voto fluere, perſpexit. Eſt ea de re egregius quoq; locus apud Zonaram, Annalium Tom. II. pag. 193: Ὁ γὰρ Ἰώσηπος, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ἱστόρησε, χρησμόν τινα ἐν γράμμασιν ἱεροῖς εὑρηκὼς, δηλοῦντα ὡς ἄρξει τις ἀπὸ τῆς χώρας αὐτῶν τῆς οἰκουμένης, διὰ τὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ στάσεις, καὶ τῶν ἐκεῖ βασιλέων τὰς συνεχεῖς ἀλλαγὰς, εἰς τὸν Οὐεσπασιανὸν τείνειν ὑπείληφε τὸν χρησμὸν, καὶ τὸ κράτος προεμαντεύσατο. Τούτου δὲ τοῦ χρησμοῦ μέμνηται καὶ Ἀππιανὸς ἐν τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ λόγῳ τῆς ἱστορίας αὐτοῦ Ῥωμαϊκῆς. Δικαιότερον δ' ἂν, ἢ ἀληθὲς

ἀληθὲς μάλιστα μομιαθείη, τὸ ἐπὶ τὸν σωτῆρα τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν χρησμὸν ἐκληφθῆναι. Οὐ γὰρ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης Οὐεσπασιανὸς ἐβασίλευσε, κατὰ τὸν χρησμὸν, ἀλλὰ τῆς ὑπὸ Ῥωμαίους μόνης. *Joſephus enim, ut ipſe narrat, cùm in ſacris literis oraculum reperiſſet, fore, ut quidam ex Judæa orbi terrarum imperaret: id oraculum, ob Romanorum ſeditiones, ad Veſpaſianum retulit, eiq; vaticinatus eſt imperium. Ejus oraculi meminit etiam Apianus Hiſtoriæ Romanæ lib. XXII. Rectiùs autem, ac veriſſimè id oraculum de Servatore humani generis, Domino noſtro Jeſu Chriſto, intelligetur. Neque enim toti terrarum orbi imperavit: ſed Romano imperio duntaxat.* Quod & judicium fuit Euſebii, Hiſtor. Eccleſ. lib. II. cap. xix. Sunt verò ejusmodi: Σὺ μὲν, Οὐεσπασιανὲ, νομίζεις αἰχμάλωτον αὐτόμολον

τόμολον εἰληφέναι τὸν Ἰώσηπον. Ἐγὼ δὲ ἄγγελος ἥκω σοι μειζόνων. Μὴ γὰρ ὑπὸ θεοῦ πεμπόμενος οὐκ ᾔδειν τὸν Ἰουδαίων νόμον, καὶ πῶς στρατηγοῖς ἀποθνήσκειν πρέπει. Νέρωνί με πέμπεις; τί δὲ; οἱ μετὰ Νέρωνα μέχρι σοῦ διάδοχοι μένουσι; Σὺ Καῖσαρ, Οὐεσπασιανὲ, καὶ παῖς ὁ σὸς οὗτος. Δέσμει δέ με νῦν ἀσφαλέστερον, καὶ τήρει σαυτῷ. Δεσπότης δὲ οὐ μόνον ἐμοῦ σὺ, Καῖσαρ, ἀλλὰ καὶ γῆς, καὶ θαλάσσης, καὶ παντὸς ἀνθρώπου γένους. Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τιμωρίαν δέομαι φρουρᾶς μείζονος, εἰ κατασχεδιάζω καὶ θεοῦ.

Tu quidem, Veſpaſiane, tantùm hoc putas, Joſephum te habere captivum: ego autem majorum ad te nuntius venio, præmiſſus à DEO: alioqui Judæorum legem ſciebam, & quemadmodum duces exercituum mori deceret. Ad Neronem me mittis? quid ita? quaſi qui Neroni uſq; ad te ſucceſſuri ſunt, maneant. Tu es Cæſar, Veſpaſiane, & Imperator, atq; hic filius tuus: me autem

tem

rem colligatum arctiùs tibi aſſervato: nam Dominus quidem non mei ſolius es tu, Cæſar; verùm etiam terræ, mariſq́ꝫ, ac totius humani generis: me autem ad majorem pœnam cuſtodiri oportet, ſi ex tempore, & ſubitò, in Deum iſta confingo.

Cæterùm etſi Veſpaſianus putaret, callidè iſta Joſephum eſſe commentum, quòd dimitteretur: tamen ubi cognovit Neronis, & Galbæ mortem; ac civile inter Othonem & Vitellium bellum; ubi item Tiberius Alexander, Ægypti præfectus, in Veſpaſiani verba legiones adegit: mox *Joſephum veſte, & ornamentis donavit;* qui vinculis ſolutus, & eo mactus honore, *cum Tito ad Hieroſolymorum obſidionem profectus fuit.*

Hoc peracto bello, edidit Joſephus *libros VII. de* eo ipſo *bello Judaico:* quibus Romæ, ob inge-

nii & eruditionis gloriam, ſtatuam meruit: ut Hieronymus quoq; narrat in Eccleſiaſticorum Scriptorum catalogo. Eos ſe primùm Veſpaſiano, & Tito, obtuliſſe ait, quod eorum judicium minimè expaveſceret. Quin refert, Titum ex ſolis iſtis peti voluiſſe ejus belli hiſtoriam: præterea illum manu ſua iis ſubſcripſiſſe, & juſiſſe, ut in Bibliotheca publica aſſervarentur. Adhæc commemorat, ut Regi eos Agrippæ oſtenderit, & ab eo acceperit epiſtolas ſeptuaginta duas, quibus quàm veriſſimè hiſtoriam à ſe exaratam fuiſſe, planum fiat. Multa quoq; alia adfert, quibus fidem hiſtoriæ ſuæ conciliet: imprimis, quod *propè omnia oculis ſuis* viderit: cætera ab iis acceperit, qui ipſi rebus præfuerunt.

Adhæc edidit *XX. libros Anti-*

qui-

quitatum Judaicarum; quas decimotertio Domitiani anno abſolvit. Orditur verò eas *ab orbe condito*, ac perducit *uſq; ad duodecimum annum Neronis*: quo Judæi injuriis Flori, qui Albino ſucceſſerat, coacti, arma adverſus Romanos ceperunt. His libris *adtexuit Vitam ſuã*; unde peti debent, quę prętеriimꝰ. Scripſit quoq; *libros II. contra Apionem*; qui à gentilibus legatus Romam miſſus, librum adverſus Philonem ediderat, quo Judaicæ gentis vituperationem complexus erat. Fecit & *librum* περὶ τοῦ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, *de imperio rationis*. Qui & Μακαβαϊκὸν, *de Macabæis*, inſcribitur. Cæterum Porphyrius quoque lib. IV. περὶ ἀποχῆς, *de abſtinentia ab animalibus*, quædam de triplici apud Judæos ſecta adducit ex Joſephi *duodevigeſimo Antiquitatum* libro: item ex *ſecundo Hi-*

ſtoria Judaica; ac *ſeptem* fuiſſe addit hiſtoriæ ejuſce libros. Hoc Judaicæ hiſtoriæ opus ſignat & Stephanus in Φασαηλὶς; ubi eum citat ἐν τῷ ά πρὸς τὺς Ῥωμαίυς πολέμῳ, *libro primo de bello adverſus Romanos.*

De ſtylo ejus ita cenſet Photius Cod.47. eſſe eum *candidum, purum, elegantem*, ac *jucundum*; in concionibus etiam *diſertum*. B. Hieronymus, libello ad Euſtachium de cuſtodia virginitatis, *Græcum Livium* nominat. *Quantum* autem *fidei* mereatur, *minimè* " nunc *convenit inter eruditos.* " Sunt, quibus uſque adeò fides " ejus ſuſpecta ſit, ut planè ſusq; " deq; habeant, quid Joſephus " dicat; dummodo vel alterius " qualicunq; auctoritate, vel mi- " nuta ratiuncula, defendere " contrarium ſibi poſſe videan- " tur.

tur. Contra magnus Scaliger “
Prolegomenis ardui operis de “
Emendatione Temp. cenſet, “
ubiq; elucere Joſephi, & erudi- “
tionem, & fidem, in tantum, “
ut non ſolùm in rebus Judai- “
cis, ſed etiam externis, tutiùs “
ei credatur, quàm omnibus “
Græcis, ac Latinis.

Illuſtre apud eum *de Chriſto teſtimonium* habemus in duodeviceſimo Antiquitatum libro: unde illud etiam citat Hieronymus in Eccleſiaſticorum Scriptorum catalogo, item Suidas in Ἰώσηπος. *Mirum* verò, *non meminiſſe ejus Photium* in Excerptis ſuis, cap. LXXVI.

IDEM IBID.

DE

JOSIPPO GORIONIDE.

ÆQualis huic Joſepho, juxta

Genebrardum, in Chronologia; imò ſi Munſterum audimus, idem planè fuit Joſephus is, qui vulgò dicitur *Joſippus Gorionides*; (Præfat. in lib. Joſephi edit. Baſil. ann. 1541.) Scriptor hiſtoriæ de bello Judaico, quæ Hebraicè exſtat; ac beneficio Munſteri, *mutilè* tamen, in lucem prodiit *Baſileæ*; *integriùs* verò excuſa eſt *Venetiis*. Sed *neq;* hic *idem* eſt, ac Flavius Joſephus; *neq; æqualis*. Siquidem lib. III. cap. XV. *Gotthos in Hiſpania* ponit: etiam *partem Africæ* vocat *Barbariam*: item lib. V. c. I. ait, *Francos* à Julio Cæſare ſubactos. Quo tempore nomen id non erat *Gallis*. Imò ejusdem libri cap XLII. (*in Lat. tralat. ſed in Hebr. XLI.*) *Francorum* meminit qui *Gallias* occupaſſent. At *aliquot* demum *ſeculis pòſt* natio iſta has terras obtinuit. Quid, quod *multa* adeò dicat,

cat, quæ *Flavio Joſepho*, ac veritati ipſi, *repugnent*? Quocirca non poſſum diſſentire ab illis, qui pro *ſuppoſititio Scriptore* habent: ut ſunt Baronius Tom. I. Annal. ad ann. LXXII. num. XXVII. Poſſevinus in Apparatu, voce Hegeſippus, Ribeira comment. in Obadiam, num. CX. & Maldonatus in Matth. cap. XVI. Amplius dico; Gorionides iſte *non librariorum culpa* titulum mentitur: ſed *ipſe*, *quantus quantus eſt*, *impoſtor eſt*. Quod pluribus probandum duxi. Scriptor ejus operis legerat apud Joſephum, *ex interpretatione Rufini* (hac enim uſum liquet) *Joſephum, Gorionis filium*, quem Γωρίωνα Fl. Joſephus nominat, unà cum Amano mœnibus fuiſſe præfectum: *Joſephum* autem, *Matthathiæ filium*, præfuiſſe Galilææ. Horum ille *utrumq; in unum conflavit*:

& bonus vir nobis perſuadere eſt conatus, *ſe* nempe *eſſe ſacerdotem* illum Joſephum, qui de excidio Judaico ſcripſerat. Sed vide hominis ſtuporem. Ipſe commenti ſui interdum obliviſcitur. Uti quando ait, *non quiviſſe ſe ſanctuarium ingredi*, *eò quod ſolis ſacerdotibus fas eſſet*. Quàm bellè cum eo hoc convenit, quod ſe finxerat ſacerdotem? Et tamen genti ſuæ, ut ad iſtiusmodi credula eſt, potuit perſuadere, eſſe ſe celebrem illum Fl. Joſephum. Solent verò Judæi *nobilem* illum *hiſtoricum*, de quo antea dictum, vocare *Joſephum*, ſive *Joſippum Longum*: nempe ut diſtinguant ab ea Joſippi Epitome, quam Hebraicolatinam Baſileæ edidit Sebaſtianus Lepuſculus. Quod ad gentem, & ætatem Pſeudogorionidæ, fuiſſe *Judæum Gallum*, & quidem *nuperum*

Scri-

Scriptorem, ſaltem vixiſſe *poſt annum Chriſti ſexcenteſimum*, ſatis veriſimiliter probat Joſephus Scaliger: quem vide Trihæreſii elencho cap. IV. & V.

JOSEPHUS SCALIGER
DE
JOSEPHO PSEUDOGORIONIDE.
loc. cit.

NOn opus eſt tot verbis de Joſepho Gorionide, quibus cap. 9. quæritur (à Nic. Serario) quis fuerit ille? Satis eſt, ſi oſtendero, cujas fuit, quando vixit, cujusmodi Scriptor eſt. *Gallum Judæum* fuiſſe, ex agro *Turonenſi*, non difficile eſt colligere; ut qui *plus de illis*, quàm de aliis Galliæ *tractibus* agat. *Recentem admodum* fuiſſe, arguunt verba locorum recentia, quibus utitur, *Tours*, *Amboiſe*,

boiſe, Chinon. Quæ loca poſt DC. annos à natali Chriſti adhuc *Turones*, *Ambaſia*, *Kainon* vocabantur. Quare cùm Munſterus videret, eum *Francorum* & *Gothorum* mentionem facere; & *Francos* interfuiſſe exequiis *Herodis*, quos Γαλάτας Joſephus vocarit; ex eo ſolo potuit odorari, hunc Scriptorem recentiſſimum eſſe, ac proinde Planum, qui nomen Joſephi Hiſtorici ſibi vindicarit. Doctus ſanè vir fuit Munſterus, cui multum debent literæ Hebraicæ; quem tamen non niſi contumelioſè appellat Serarius, civilitate ſolenni Sociorum uſus; tamen in præfatione, quæ editioni Gorionidæ Baſilienſi præpoſita eſt, multum æſtuat, ut probet Joſephum Matthathiæ, & hunc impoſtorem eundem eſſe: & tota illa præfatione nihil aliud quàm
ſe

ſe traduxit. Vides igitur, quàm *recens* ſit Scriptor.

Inſcitiam pluſquàm Judaicam produnt infinita in illius libris ſparſa. Quod *David* in *Neapolitano* agro fuerit, quod multi veteres *Patriarchæ*, aut *Judices* Hebræorum in *Europa* bellum geſſerint. Opus ſuum excerpſit ex Latino Rufini. Antiochum *Pium* nominat Latinè, non εὐσεβῆ Græcè. *Mariamen*, ut Rufinus ex Joſepho. Atqui in eo etiam ſui Ebraiſmi oblit⁹ eſt. Nam Μαριαμμὴ Joſephi nihil aliud eſt, quàm Μαριὰμ, non מרימי, ut ipſe ex Rufino hauſit. Impudentiam etiam hinc portentoſam, cum inſigni imperitia, deprehendes. Fingit enim Æram, ſive ἐποχὴν, quam vocat שנות לאמפראוס, *Annos Imperatoris*. Cujus anno 60. Romani Calabriam & Meſſanam ceperunt, ut inquit ille: quæ ſunt verba ex Chronico Euſebii, an-

no 3. Olymp. 126. Paulò poſt, anno 134. illius epochæ ſe natum dicit, hoc eſt, annis 139. ante excidium Templi. Quid plura? Judæum agnoſcas, ſive inſcitiam ſive impudentiam ſpectes. Major verò ea fuit & impudentia & ſtupor: Dicit enim, Æra Imperatoria 182. natum Julium Cæſarem; ſe verò tunc fuiſſe annorum 51. anno autem ipſius Cæſaris 19. ſe ſeptuagenarium fuiſſe. Joſephus verò Matthathiæ ſcribens anno 13. Domitiani, erat tantùm annorum 57. Omnem ἀναισχυντίαν καὶ ἀναισθησίαν ſuperat, quòd cùm legiſſet apud *Rufinum cap. 25. lib. 2.* de excidio Jeroſolym. Joſephum filium Gurionis (Γωρίωνα Fl. Joſephus vocat) unà cum Anano Pontifice præpoſitum mœnium ſartis tectis fuiſſe, & Joſephum filium Matthathiæ Galilææ præfectum: ipſe

Digitized by Google

ipſe duos illos Joſephos unum Joſephum Gurionis filium eſſe, ſuſpicatus eſt; eundemq́; ſacerdotem, & excidii Jeroſolymitani Scriptorem. Hinc ſplendido mendacio perſuaſit genti ſuæ, ſe eum ipſum eſſe Scriptorem belli Judaici, Joſephum, filium Gurionis, ſacerdotem. Certè absq́; eo impoſtore eſſet, Judæi omnem *hiſtoriam Maccabæorum*, & excidii Jeroſolymitani ignorarent. Eodem enim modo, quo ipſe interpolavit, omnem hiſtoriam illam Judæi hodierni, & paulò vetuſtiores Bibliorum enarratores referunt. Ne quis dubitaret, ſe Joſeph eſſe illum, qui à Chriſtianis *Joſephus* vocatur, ita ſcribit: *Sic dixit Joſeph, filius Gurion, ſacerdos. Ipſe eſt Jopſiphun, & quidem nomine diminutivo Joſiphun. Ipſe eſt, qui vocatus eſt Joſiphus, Græcè;* & גושיפוס

Guſchi-

Guſchipus, Latinè. Et Craſſus ipſe, qui ἀγέλαστος dictus fuit, hæc ſine riſu non legeret.

Hunc nugatorium Scriptorem primus Chriſtianis publicavit Sebaſtianus Munſterus cum Latina interpretatione ſua, & notis; ſed admodum mutilum, ut ex editione Veneta colligitur, quæ eſt foliorum 155. Editio Munſteri incipit à folio 7. Venetæ, deſinit in folio 92. pagina poſteriore: ut de 155. foliis editionis Venetæ *ſexaginta tria deſint* in Munſtero. Præterea in editione Munſteri multa commata deſiderantur, multa verba omiſſa. In non paucis etiam ſcripti Codicis lectionem Munſter⁹ aſſequi non potuit, &c. Ejus Joſephi Epitoma publicata eſt Baſileæ à Sebaſtiano Lepuſculo, ad cujus differentiam liber totus Pſeudogurionidæ vocatur ab

Abra-

Digitized by Google

Abraham Zacuth ספר בן גורין הארוך, *Liber Gorionidæ longus*, id eſt, totus, integer.

Videmus igitur, quis fuerit iſte Pſeudogurionides, qua impudentia, qua inſcitia. Et tamen non ſolùm Munſterus, ſed & multi hodiè ei potiùs in rebus Judaicis credunt, quàm Flavio Joſepho. Quod ſi illis aliquis ſenſus eſſet Critices, ne nominarent quidem. Præterea cùm inquinatiſſimum eum ediderit Munſterus, ejus menda velle defendere, quod facit Serarius, neq; eruditi hominis eſt, neque modeſti. *Dupliciter* enim peccatur, & quòd auctorem futiliſſimum producunt; & quòd ex editione Munſteri potiùs, quàm Veneta.

Quod de Pſeudogurionide dixi idem de *Pſeudohegeſippo*, infimæ vetuſtatis Scriptore, dictum volo:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

lo: non quòd in eo ea portenta ſint, quæ in Pſeudogurionide: ſed quia multa in rebus Judaicis non minùs eo utuntur teſte, quàm Flavio Joſepho; propterea caſtigandos dico, qui malint à rivulo, quàm à fonte haurire. Quid enim ille habet, quod non à Joſepho, niſi in paucis, ubi ſtrenuè mentitur.

In eodem capite 9. præclara argumenta (Serarius) colligit, quibus probet, Flavium Joſephum, præſtantiſſimum Scriptorem Pſeudogurionidæ larvato σύγχρονον fuiſſe. Judæi, inquit, illum Gorionidem perantiquum ſtatuunt. Credite, οἴκοθεν γὰρ μάρτυς. Perantiquiſſimum eſſe, qui *infra ſexcentos annos* eſt, & cujus nullus Judæus ante 370. annos meminit, qui credit, illi ſumma vetuſtas ſit, quod abhinc 400. annis geſtum ſit.

FL.

Digitized by Google

FL. JOSEPHI LOCUS CONTROVERSUS

Lib. XVIII. Antiq. Judaic. cap. IV. vel VI.

Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, Ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων, τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων. Καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοὺς ἐπηγάγετο. Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. Καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ᾽ ἡμῖν, σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλά-

του, οὐκ

τοῦ οὐκ ἐπαύσαντο οἵγε πρῶτον ἀγαπήσαντες. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων. Εἴς τε νῦν τῶν χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον.

SIGISMUNDI GELENII

Interpretatio.

Eodem tempore fuit Jeſus vir ſapiens, ſi tamen virum eum fas eſt dicere. Erat enim mirabilium operum patrator, & doctor eorum, qui liben-

libenter vera ſuſcipiunt; plurimosq́ tàm de Judæis, quàm de Gentibus ſectatores habuit. Chriſtus hic erat; quem accuſatum à noſtræ gentis Principibus Pilatus cùm addixiſſet cruci, nihilominus non deſtiterunt eum diligere, qui ab initio cœperant. Apparuit enim eis tertia die vivus, ita, ut divinitùs de eo vates hoc, & alia multa miranda, prædixerunt; & uſq́ in hodiernum Chriſtianorum genus ab hoc denominatum non deficit.

B. HIERONYMI VERSIO,

quæ

in Ejusdem libro Illuſtrium Virorum, Cap. XIII. de Joſepho, *juxta Codicem MS. Bibliothecæ Noribergenſis,* ſic legitur:

H*Ic in XVIII. Antiquitatum libro manifeſtiſſimè confitetur, propter magnitudinem ſignorum Chriſtum à Phariſæis interfectum, & Johannem Baptiſtam verum Prophetam fuiſſe, & propter interfectionem Jacobi Apoſtoli Jeroſolymam dirutam. Scripſit autem de Domino in hunc modum:*

Eodem

Digitized by Google

Eodem tempore fuit Jeſus ſapiens, ſi tamen virum eum oportet dicere. Erat enim mirabilium patrator operum, & doctor eorum, qui libenter vera ſuſcipiunt. Plurimos quoq; tàm de Judæis, quàm de Gentibus ſui habuit ſectatores, & credebatur etiam Chriſtus. Cumq; invidia noſtrorum Principum cruci eum Pilatus addixiſſet, nihilominus qui eum primum dilexerant, perſeverarunt in fide. Apparuit autem eis tertia die vivens. Multa hæc & alia mirabilia carminibus Prophetarum, de eo vaticinan-

Digitized by Google

cinantibus. Et uſque hodiè Chriſtianorum gens ab hoc ſortita vocabulum non deficit.

Exhibito Fl. Joſephi textu Græco (unà cum duplici verſione) Diſputationis Theologicæ, *ab Eruditiſſimo Viro,* M. Sebaldo Snellio, Alumnorum Noric. *olim* Inſpectore, *P. M. in Academia Altdorffina A. C.* cIɔ. Iɔc. XLVII. *conſcriptæ* (qua, quæ Iſaac Abravanel ad cap. xxxiv. Eſaiæ, atq; Obadiæ prophetiam, contra fidem Chriſtianam ſcripſit, expenduntur) *particulam ipſis epiſtolis (pleræq; enim ex illa diſputatione fluxerunt) præmittere volui. Et quoniam* eodem anno, *in Academia Jenenſi,* D. Jo. Tobias Major *Snellii ſententiam, in* Exegematibus Locorum difficiliorum ΠΡΑΞΑΠΟΣΤΟΛΩΝ, *eruditè impugnaverat, illam quoq; περιοχὴν (cujus in Epiſt. II. ipſe Snellius meminit) excerpere, ac Snellianis theſibus ſubjungere, haud ingratum fore, putavi.*

ISAAC

JSAAC ABRAVANEL

Commate XXIII. in Eſaiæ cap. 34. & 35.

interprete Seb. Snellio,

pag. 6. & 7.

SI igitur maximè Jtalia fuerit terra Romanorum, atque ex filiis Javan ab initio & ab ortu creationis, & diebus diluvii; quid tamen prohibet, quo minus poſt hæc, tanta temporis intercapedine, populi deſcenderint è filiis Edom; eamq; incoluerint? Præſertim, cum inveniamus magnum huic fulcrum in verbis Joſephi Gorionidis, ſcribentis: cum aſcenderet cum fratribus Joſephus ex Ægypto, ad ſepeliendum patrem Jacobum, magnaq́; cum ipſis eſſet Ægyptiorum turba; obtulerunt ſe illis in via duces Eſavi, adverſus quos, pugna conſerta, gravis fuit manus Ioſephi; cepit enim filium Eliphaſi, nepotem

Eſavi Zepho, ejusq́; ſelectos, quos etiam vinctos in Ægyptum deduxit. Evaſit autem fuga Zepho cum viris ſuis ex Ægypto, & venit in Africam ad Annium, Regem Carthaginis atque Africæ, qui illum Zepho magno honore ſuſcepit, & ducem exercitus ſui conſtituit; ac Zepho etiam geſſit prælia Regis adverſus Romanos, qui ſunt incolæ Italiæ, ac (tùm temporis) fuerant hoſtes Africanorum & Carthaginis. Poſtea profugit inde Zepho, venitq́; in terram Romanorum, Italiam ſcilicet, ipſe omnesq́; ejus viri; ubi multo cum gaudio ſuſceptus, & copiis præfectus, ita cum turmis Africanis & Carthaginenſibus depugnavit, ut hæ à facie ejus fugerent; ſubegitq́ue filios Tubal, qui habitabant in Piſa. Romani igitur conſpicati ſucceſſus viri in

præliis,

Digitized by Google

præliis, & cuncta roboris & fortitudinis tantæ ſpecimina, Regem ſibi eum præfecerunt, nomen ejus Zepho indigitantes Janum; erat enim ei nomen Zepho, ſed illi appellarunt eum Janum, q. d. Saturnum. A ſtella enim Saturni *ipſum* denominarunt, quam iſtis temporibus colebant; dum exiſtimabant, vim & influxum hujus eſſe in illo. Regnavit autem ſuper Romanos quinquaginta annis in planitie Campaniæ, & de ſuo nomine vocavit, ibiq; ſepultus eſt; quæ Jani ſepultura nota eſt in hunc uſque diem. Similiter Palerma, urbs Siciliæ primaria, ab ipſo extructa ſcribitur. Nam regnavit ſuper totam Italiam, ſub cujus complexu illa fuit, ac poſt ipſum regnavit filius ejus; pariter ſecuti ſunt Reges alii ex ejus poſteris. Et juxta traditio-

Digitized by Google

nem Sapientum f. m. fuit ex illis (*Jani poſteris*) quidam dux Magdiel, qui primùm cœpit habitare tractum Romanorum, antequam veniret Romulus; qui deinceps extruxit urbis muros, & portas ſtatuit. En tibi teſtimonium clarum è verbis Joſephi, qui princeps Hiſtoricorum etiam inter ipſos (*Chriſtianos*) audit, in terra Romanorum regnaſſe, qui fuerunt è filiis Edom!

SEB. SNELLIUS

in ipſa Diſputatione Theologica à *th. 22.* uſq; ad *th. 35.* ſic ait:

22. QUomodo autem aſſertionem ſuam probet noſter, animadvertamus. Producit *Joſephum Gorionidem* illum, tot eruditorum ſtylis pridem confoſſum,

&

Digitized by Google

& multiplicis falſi convictum autorem. Rejiceremus eum, ſi maximè vera diceret; ſi quidem jus, quod nobis dixit Autor *Zemach David*, ſibi quoque ſuisq; dici pateretur. Sic enim ille pag. 169: *Nos cœtus ſanctus Iſraëlis non credimus Hiſtoricis, qui non ſunt è filiis Iſraëlis; proinde corrigemus hoc, atq; dicemus, &c.* Quaſi verò ſancta Veritas: vobis, dixiſſet, ô Judæi, me *Conjugio jungam ſtabili, propriamq; dicabo!*

Cum tamen ipſi fateamini in *Midraſch Echa* ad c. 2, 9. p. 73. c. 2.: *Si quispiam tibi dicat: eſt inter gentes ſapientia, crede id per Obadiæ vers. 8.* Magna autem ejus pars eſt hiſtoria, quam ab orbe condito deducere, judicio doctorum, eſt nihil aliud, *quàm fundamentum univerſæ eruditionis cùm divinæ, tùm humanæ jacere, &*

 prin-

principia veritatis tùm divinæ, tùm exoticæ exponere.

23. Sed hoc modo non urgeo. *Tria* omninò *circa* iſtum *Gorionidem* in quæſtionem veniunt: I. utrum Flavius Joſephus ſit ille ipſe Joſephus Gorionides, loquendo de perſona, non opere? Hoc affirmat Abravanel; negandum verò eſt, quod prior ſit filius Matthiæ, Joſephi nepos, atque ejus genealogia ab ipſo autore ad Haſmonæos deducatur, ſub initium Vitæ ſuæ, quam deſcripſit; adeò ut Matthias ſit pater ejus proximus, alius ab illo Haſmonæi nominis conditore; alter verò ſit Gorionis ſive filius ſive nepos. Nam eum אבן גוריון vocari in editione Veneta, autor eſt *Jo. Druſius in Præteritis ad Act. 13, 21. & Apocal. 22, 16.* אבן autem ex uſu Rabbinico, ut docet Cl. *Schickardus*

Digitized by Google

kardus in Bech. Happ. p. 174. non ſignificat ſimpliciter filium, ſed filii filium, h. e. nepotem. Et ſi maximè uſitatam appellationem בן גוריון retineas, adhuc nepos eſſe poterit, quomodo ſcilicet loc. cit. & p. 175. R. Abraham, qui patrem habebat quendam Meier, dicitur בן עזרא nepos Eſræ, & qui libros En ac Beth Iſraël comportavit, inque prima operis facie audit R. Jacob F. Salomonis nepos Chafif, eum vocat *Zemach David p. 149.* R. Jacob בן חביב.

24. Ac fit omninò in Talmude mentio Abbæ Gorion, cujus ſententia recitatur in *Jalkut p. 2. n. 1044. f.* & R. Gorion, in *En Iſr. p. 61. 2.* [רבי חמא בר גריון, *in Midraſch Eſther ad c. 2. v. 7.*] & Nicodemi F. Gorion, valde pii & miraculis clari, *Beth Iſr. p. 157. 3.* atq;

 in

in fine quidem traditionis ab *En Iſr. p. 133. 4.* repetitæ additur, nomen Nicodemi fuiſſe ipſi ab eventu impoſitum שנקרה לו חמה בעבירו, quòd ob preces illius Sol iret purior, cum aliàs diceretur בוני Bonai; de quo nomine aliam ob cauſam vide *Dn. D. Conſt. L' Empereur ad Gramm. Moſis Kimchii p. 92.* & *Vorſtium ad Zemach David p. 259.* nec non alterius etiam Nicodemi F. Gorionis, viri divitis, ſed avari; cujus filia à ſummis divitiis ad ſtupendam paupertatem deſcenderit, in *Beth Iſr. p. 13. col. 1.* Hujus quidem Nicodemi fratrem ait fuiſſe Joſephum Gorionidem *Zemach David p. 86.* Unde dicere non licet, Gorion fuiſſe *familiæ nomen*, utriq; Joſepho, revera autem inde uni, commune. *Patris* potius *nomen* eſt, quem iſti fratres denominationem filiorum ab ipſo

ipſo

Digitized by Google

pſo ſortiti patrem agnoverunt. Accedit, Flavium apertè ſatis ſeſe ab illo Joſepho diſtinguere, dum *libr. II. A. J. cap. 25.* hunc dicat Hieroſolymis tuendis, ſe autem Galilææ utriusque rectorem in pugna contra Romanos deſignatum fuiſſe: ubi non videtur Flavius probatæ fidei ſcriptor è Gorionide moderno quam plurimis, ut dicam mitiſſimè, additamentis deformato, corrigendus eo in loco, quem in fine præfationis ſiſtit Seb. Munſterus; potiùs enim probabile eſt, recentiores utrumque ibi Joſephum in unum conflaviſſe, ſcenæ inſervientes ſuæ. Vide hîc CL. Virum, *Gerh. Jo. Voſſium de Hiſtor. Græc. libr. II. cap. 8. p. 160.*

25. Quid? quod Flavius *libr. II. de Bello cap. 18. circa fin.* memorat iſtum Joſephi illius fratrem, Ni-

codemum F. Gorionis, qui miſſus ſit, cum cæteris daturus dextras & ſacramentum Romanis, deditionem facientibus? Et *libr. IV. c. 5 in med.* Joſephum F. Gorionis inter eos fuiſſe, qui cum præſtare cæteris videbantur, hortati ſunt populum ad libertatem, contumeliamq; Sacerdotali ordini factam vindicandam. Et *libr. V. c. 1. fin.* occiſum fuiſſe virum, dignitate ſimul & genere præſtantem, plenum ſpiritu, libertatis amantem, &c. Atq; hæc tùm temporis Hieroſolymis geſta ſunt, cum Flavius in Galilæa degeret, captusq; poſtea à Romanis excidio multis annis ſupereſſet. Non igitur unus, ſed *duo* diviſi fuerunt *Joſephi.*

26. Seb. Münſtero tamen prior ſententia, quæ etiam Abravaneſis & Judæorum communiter eſt, tanto-

tantoperè probatur, ut ſcribat in *Notis ad libr. V. c. 44.* lit. c: *Incertum eſt, an Judæi eraſerint ex Ebraico volumine magnificum illud præconium, quod Joſephus tribuit Salvatori noſtro Jeſu Chriſto cap. 6. libr. 18. Antiq. aut ipſe Autor data opera id omiſerit, ne ſuis illudere videretur.* At tantum abeſt ut alterutra conjectura eruditis noſtra ætate ſe probet, ut *D. Jo. Cloppenburch in diſceptatione Epiſtolica cum CL. Viro Lud. Cappello p. 159.* cenſeat, Joſephum narratione ſimili illi, quam de Paulina à Decio Mundo ſub ſpecie DEI ſubſtrata ſubjicit, eludere voluiſſe fidem Chriſtianorum, qui Jeſum è virgine natum confitebantur. Favent admodum, quæ ſub initium *libr. V. cap. penult.* in Gorionide Munſteriano leguntur:

27. כי ימי תיבריאוס קיסר לת
לבו ביוהו רה נעשו נבלות כיאס

ברומה בעיר מלכותו נעשו נבלות הרבה וכו': Hoc eſt: *Nam in diebu Tiberii Cæſaris non in Judæa tantùm contigerunt flagitia impudiciſſima, ſed complura Romæ, in urbe ejus regia, &c* Obſerva 1. cauſalem כי, NAM, quæ omninò arguit precedens aliquid, à quocunq; tandem ſublatũ fuerit; ſufficiunt autem iſta uti cuivis intelligenti, modernis inprimis Judæis, unde deeſſe quidpiam intelligant, atque hi quidem diſpiciant, ut viva voce, quod ſolent, ſuppleatur. 2. Ne quem moveat mentio Tiberii Cæſaris, cùm Salvatoris noſtri benedicti nativitas ſub Auguſto contigerit; *nihil enim novi hoc eſt* (dicam verbis magni Buxtorfii Patris, in Lex. Talm. p. 146.) *in libris Judæorum; ſed ſtudio id faciunt, ut tantò minùs impoſtura à Chriſtianis animadvertatur.*

28. Id

Digitized by Google

28. Id diligenter perpendatur, phraſi Scriptutæ, quam ille Gorionides ſectatur, נבלה ſignificare flagitium ſtupro vel adulterio commiſſum, *Gen.34, 7. 2. Sam.13, 12. ſq. Prov. 6, 32.* Tale igitur innuit Gorionides in Judæa commiſſum, cui ſimile de Paulina ex ipſa Roma ſubjungit. Ergo concludit D. Cloppenburch *propter hanc blaſphemiam ita ſuſpicor ab aliquo Chriſtiano caſtigatum & caſtratum eo in loco Joſephum, ut jam illa περιοχὴ ſit ἀσύνδετος.* Nec obſtat Cardinalis Bellarmini judicium *libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis p. 26.* S. Hieronymum & Euſebium viros doctiſſimos fuiſſe, & omnes penè libros veterum Scriptorum legiſſe, qui nunquam hoc teſtimonium de Chriſto, Joſepho tribuiſſent, niſi ſciviſſent, verè ſic ab eo autore fuiſſe ſcriptum. Vixit

xit enim uterq; ſeculi III. hic quidem A. 26. ille verò 90. teſte eodem *ib. p. 70. & 104.* Cæterum notavit *Iſ. Caſaubonus Exerc. I. ad Apparatum Annal. Baron. p. 54. col. 1.* primis Eccleſiæ temporib⁹ quàm plurimos extitiſſe, qui facinus palmarium judicabant, cœleſtem veritatem ſuis figmentis ire adjutum; quò faciliùs videlicet nova doctrina à gentium ſapientibus admitteretur: id quod poſtea exemplo Juſtini è ſecundo, & Clementis Alexandrini, Tertulliani item aliorumque è ſeculo tertio conſtare ait.

29. Itaque hactenus nihil obſtat, quo minus ante Hieronymum atque Euſebium illa de CHRISTO ſint Joſepho addita, per quæ cohæſio luxata eſt, optimè ſibi conſtitura, ea ſi tollantur (nec non ſuppleantur, quæ ſubla-

ta

ta olim indicio eſt locus è Munſteriano Gorionide *theſi 27.* citatus.) Illa enim cum antecedentibus & conſequentibus nihil habere commune, agnoſcit in reſponſione ad propoſitam quæſtionem p. 169. CL. Cappellus; etſi aliam connexionis cauſam ſuggerat. Nec meminit illorum in Excerptis ſuis ſeculo IIX. Photius, quod miratur *Gerh. Jo. Voſſius de Hiſt. Gr. libr. II. c. 8. p. 159.* Uti igitur Judæos ſublati teſtimonii de Salvatore noſtro è Gorionide non inſimulamus, quod à noſtris in Flavio fortè ſuppoſitum non inficiamur: ita viciſſim eos blaſphemiæ de eodem relationis è patrio Scriptore ſublatæ per ea, quæ in exemplari *Baſileenſi* extant, arguimus. Quæ ſi inſuper cæteris editionibus, *Cracovienſi* ſcilicet, & *Venetæ* abfuerint, jam immutati

codi-

codicis penitùs habemus con-
ctos; quod quidem ad tertiu
pertinet quæſitum.

II. Quæritur: utrum Joſeph
Gorionides alius à Flavio Ma
thiæ F. quædam geſta Judaica ſc
ptis ſermone patrio ſit compl
xus? Quod fortè poteſt conc
di; non enim de nihilo videtu
tàm conſtans Judæorum traditi
cui in ſuæ gentis homine appe
lando hiſtoricam fidem nega
non poſſumus. Hinc *Jo. Druſi
l. de Henoch* c. 18. p. 24: *Accidit*, i
quit, *ante 400. annos, quod aliis mu
tis autoribus bonis, quorum lucubr
tiones ab otioſis hominibus interpol
tæ, imò falſatæ fuére; aut præter pr
pter Joſepho Gorionidi, qui & Abe
Gorion, quem cum Fl. Joſepho eun
dem faciunt Judæi; cujus hiſtoria
agyrta quidam homo imperitus nim
ìum auxit, ne dicam, corrupit.* Et di

cer

cere fortè de eo licet, quod Bernhardinus Baldus divinatione in tabulam æneam Eugubinam, lingua veteri Hetruſca perſcriptam, anno hujus ſeculi XIII. ad Marcum Velſerum de Anniano Beroſo, ſcilicet, *perſpicaciores nonnullos in tàm denſis nugarum nubibus alicubi emicantes veritatis radios obſervaſſe; itaq; Scriptorem, quem à priſco genuino Gorionide longè alium eſſe neceſſariò fateantur, neq; tamen - - - aut non multo ſuperiori ætate confictum, ſed tùm mala manu corruptum, & interpolatum fuiſſe exiſtiment; non omninò abjiciendum, ſed cum delectu legendum ſentire.*

31. Exemplo ſit illa de Johanne Baptiſta, quem Herodes Antipas interfecerit, eò quod reprehenſus ab illo eſſet ob ductam Herodiadem fratriam, marito Philippo adhuc vivo, narratio deſcripta

ſcripta in exemplari Munſterian
libr. V. cap. ult. ab init. Gracovier
ſe exhibet in notis *ad Zemach Da*
vid Vorſtius p. 283. Venetum *Jo*
Druſius de Sectis I. cap. 8. n. 25. Ub
obiter noto, ſuperfluam vider
correctionem τῦ אשר נטבל
quod in hoc & iſto occurrit, i
טובל vel המטבל, cum illud ha
beat: וחנן אשר עשה טבילה
Johannes, qui baptiſmum frequenta
vit, cujus verſionis veritatem do
cet *Dn. D. Glaſſius Phil. Sacr. lib. II*
p. 296. Nominaſcit etiam hoc lo
co participium Niphal, itaque a
ctionem denotat, vel *Druſio* jud
ce, in *Parallelis Sacris p. 94. a.* Qui
Rabbinis inſolens non eſt, eju
conjugationis participium pr
Benoni ponere. Sic legitur i
Schemoth rabba ſect. 44. p. 152. col. 4
parabola de Rege, qui iratus con
jugi ſpernit interceſſoris pro e
pr

preces, ולא היה נשמע לו,
quod ſequenti ſtatim linea tertia
effertur, ולא היה המלך שומע
לו:, *neq; illi Rex obtemperavit.*

32. Quanquam autem Flavium etiam Ebraicè ſcripſiſſe probat l. cit. Druſius ex Euſebio, & ipſius Joſephi ad libros de Bello præfatione, non longè ab initio; quin & extare illum codicem in Hebraicum ſermonem, è Græco translatum, in bibliotheca Vaticana affirmat Card. Baronius apud *Iſ. Caſaubonum Exercit. 16. ſect. 154.* Gorionidis tamen ſcripta (demptis etiam illis patentiorib⁹) neq; huic, neq;, ut *th. 30.* dictum, omnia recentiorum cuipiam tribui poſſunt. Sanè Flavius non ſcripſerit, Johannem Baptiſtam ab Herode occiſum, quod reprehenſus eſſet ab illo ob fratriam, præter fas conjugio ſibi junctam; cùm

cùm non probabile ſit, illum, c
libr. XVIII. Antiq. c. 7. aliam cauſa
attulerat, in re tàm recenti, qua
ab αὐτόπλαις haurire poterat, ſ
oblitum, vel etiam ſtudioſè pu
nantia ſcripſiſſe; & quomodo
undem, quod facit Cracovien.
editio, Sacerdotem maximu
vocaret? Vide ſeriem Pontificu
è Flavio collectam à *Jo. Selde*
libr. I. de Succeſſ. Ebr. in Pontific. ca
11. Neq; ea recentioribus tribua
qui pro virili tollunt potiùs, qu
Chriſtianorum cauſæ quàm n
nimum prodeſſe queunt. Eſt a
tem hoc illuſtre veritatis Evang
licæ teſtimonium: quanquam in
carcerationis potiùs cauſam c
xiſſet Gorionides, quàm nec
Ad hoc etiam quæſitum jam no
parùm faciunt, quæ recenſe
Seb. Munſterus præfat. ſæpiùs d
cta, ibi: *utitur ſtylo Ebraico, &c.* p
line

Digitized by Google

lineas 16. Adde *Jo. Druſium de Sectis p. 208. n. 261. videri*, ſcribentem, *illum Scriptorem uſum hiſtoria Joſephi Ebraica, unde pleraq́ꝫ, quæ libro ſexto, qui peculiariter inſcribitur: Liber bellorum Domini.* Si uſus eſt Ebraico Flavii libro, non eſt ipſe Flavius. Recentior autem facilè per dicta excluditur, ne ſit ille totus ab iſto profectus.

III. Utrum, quæ nunc extat ſub nomine Gorionidis hiſtoria, ſit illius antiqui, ut ab ipſo profecta eſt, nullam mutationem, additionem paſſa, de quo ſecunda agit quæſtio? Atque hoc negant Viri doctiſſimi, luci expoſitis falſis, quæ liber ille continet, atque ſuos prodit natales, nimirum *D. Conſtantinus L'Empereur præf. in tit. Middoth ſigno (* 5.) a. Iſ. Caſaubonus contra Card. Baronium Exercit. XIII. num. 26. & Exerc. XV. num. 154.*

 Rob.

Digitized by Google

cùm non probabile ſit, illum, qui *libr. XVIII. Antiq. c. 7.* aliam cauſam attulerat, in re tàm recenti, quam ab ἀυτόπ]αις haurire poterat, ſui oblitum, vel etiam ſtudioſè pugnantia ſcripſiſſe; & quomodo eundem, quod facit Cracovienſis editio, Sacerdotem maximum vocaret? Vide ſeriem Pontificum è Flavio collectam à *Jo. Seldeno libr. I. de Succeſſ. Ebr. in Pontific. cap. 11.* Neq; ea recentioribus tribuas, qui pro virili tollunt potiùs, quæ Chriſtianorum cauſæ quàm minimum prodeſſe queunt. Eſt autem hoc illuſtre veritatis Evangelicæ teſtimonium: quanquam incarcerationis potiùs cauſam dixiſſet Gorionides, quàm necis. Ad hoc etiam quæſitum jam non parùm faciunt, quæ recenſet, Seb. Munſterus præfat. ſæpiùs dicta, ibi: *utitur ſtylo Ebraico, &c.* per lineas

lineas 16. Adde *Jo. Druſium de Sectis p. 208. n. 261. videri*, ſcribentem, *illum Scriptorem uſum hiſtoria Joſephi Ebraica, unde pleraq́ꝫ, quæ libro ſexto, qui peculiariter inſcribitur: Liber bellorum Domini.* Si uſus eſt Ebraico Flavii libro, non eſt ipſe Flavius. Recentior autem facilè per dicta excluditur, ne ſit ille totus ab iſto profectus.

III. Utrum, quæ nunc extat ſub nomine Gorionidis hiſtoria, ſit illius antiqui, ut ab ipſo profecta eſt, nullam mutationem, additionem paſſa, de quo ſecunda agit quæſtio? Atque hoc negant Viri doctiſſimi, luci expoſitis falſis, quæ liber ille continet, atque ſuos prodit natales, nimirum *D. Conſtantinus L'Empereur præf. in tit. Middoth ſigno (* 5.) a. Iſ. Caſaubonus contra Card. Baronium Exercit. XIII. num. 26. & Exerc. XV. num. 154.*

Rob. Cocus in Cenſura Veterum Scri-ptorum p. 90. atque ipſarum inſu-per editionum, Venetæ & Baſile-enſis collatione oſtendit illuſtris *Scaliger in Elencho Tribæreſii* paſſim, cumprimis *cap. 3. num. 37. & cap. 4 num. 42. & cap. 18. num. 139. ſeqq.* Illuſtris Comes *Picus Mirandulanus in Epiſtolis lit. E. a.* ipſorum He-bræorum appellat fidem. Sic e-nim ad amicum ignotum ſcribit Epiſtola, quæ incipit: *Quisquis es noſter eris, &c.*

34. *Quod petis de Ioſepho, ſcias juſtum Ioſephum apud Hebræos non reperiri; ſed Ioſephi epitomen quan-dam, in qua & multa ſunt commen-titia, & quæ de X. Tribubus ibi legun-tur, quæ poſt Babylonicam captivita-tem poſtliminio non redierunt, ea eſſe notha & adulterina, ex Hebræis mihi plures ſunt confeſſi. Quare illorum Ioſepho nulla prorſus fides adhibenda.*

Fate-

Fatetur etiam Munſterus, *quod quarundam vocum Græcarum in eo Joſepho ſit mentio, & citantur quædam gentes, quæ longè poſt Joſephi tempora in mundo ſurrexerunt,- - - hæc planè arguere, Joſepho quædam acceſſiſſe per poſteros Judæos, expoſitionis*, inquit, *& præfationis gratia.* Et quanquam ad principium dicta mavult reſtricta, de cæteris tamen negare non poteſt, quod vel ſubjectum è *libro V. cap. 42.* exemplum docet; inſuper in præcedentibus fatetur, alia ratione Joſephum ſcripſiſſe gentibus, & alia Judæis; *gentibus ab initio mundi juxta ſeriem in libris ſacris obſervatam; Judæis verò, ubi hiſtoriæ Biblicæ deſinunt, incipit ſcribere res conſequenter geſtas, à captivitate ſcilicet Babylonica initium ſumens, & continuans Judæorum facta uſq; ad tempora ſua, &c.*

35. Hæc ultima ſi vera ſunt jam illud de Zephone meritò inter ea refertur, quæ recentiores de ſuo addiderunt. Sint enim aliqua, quæ verè ab ipſo Gorionide perſcripta ad nos pervenerunt; at talia ea eſſe, quæ noſter ex ipſo recenſet, unde conſtabit? Dicamus ſanè cum *Jo. Druſio de Sectis, pag. 61: Autor* (hodiernus Joſephus Judæorum) *eſt recentior; neq; ulla ei fides apud me, niſi ubi verum dicit, ac tunc etiam Joſepho Græco præfertur,* quod exemplo, *th. 31,* allato, declarat. Sed h. l. nec cum ſuis, nec cum veritate Noſtro convenit. Illi eam narrationem vel ignorant, vel tacent, vel contraria relatione evertunt. Commentatores Biblicos, Abenesram & Kimchium, Gorionidem, quem paſſim citant, habuiſſe oportet; ſed vel hæc non habuiſſe in ſuis exem-

exemplaribus, cùm ſcilicet Hiſtorici Judæi, uti quidam nova, ea nondum concinnaſſent; vel, ſi habuere, non credidiſſe. Aliàs enim poſteriori traditioni non acceſſiſſent, quæ iſtam priorem tollit, ſuprà *pag.* 5 *fin* & *p.* 12. *ab init.*

D. JOH. TOBIAS MAJOR

Part. I. Exegematum Loc. Diffic. Πραξαπ. *Cap. II. v.* 22. *ſeqq.*

Προσφωνήσει utitur Orator *καὶ* πάντων ςόμα, ad auditores directa, qua in hiſtoriam vitæ & mortis *Jeſu Nazareni* compendifecit; quem *virum* dicit, *orbi divinitùs oſtenſum*, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποδεδειγμένον, tot *miraculis clarum*, & illuſtrem. Videri poterat, Joſephum *lib. XVIII de Ant. Jud. cap.* 6. ſecundum alios 4. inſigne encomium,

mium, quod de Salvatore noſtro tuliſſe legitur, inde mutuò accepiſſe, quando eum vocat ἄνδρα παραδόξων ἔργων ποιητήν, *Virum mirabilium operum patratorem*, διδάσκαλον ἀνθρώπων, τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων, *& eorum, qui veritati applaudunt, doctorem*; qui inſuper ὑποκοριστικῶς addit, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. *ſi modò virum*, בן אנוש hominem plebejum, terræ filium, ſalutare liceret. Ita quidem hactenus creditum eſt, Flavium ſcripſiſſe, ac honorificam Chriſti mentionem injeciſſe, ut ut de eo apud Photium altum ſit ſilentium. Verum ſuſpecta ea videntur *L.Cappello, Compendio H.J.p.CX.* eò quòd *nulla eorum, quæ iſthic dicuntur, cum antecedentibus & ſequentibus connexio appareat; ut omninò jure videatur ab aliquo Chriſtiano eò loci inſulta* περιοχὴ *illa, falſoq́; Joſe-*

pho

pho adſcripta. Addit inſuper: *Si Joſephus de Chriſto revera ita ſenſiſſet & ſcripſiſſet, procul dubio nativitatis ejus memoriam non tacuiſſet ſuo loco, Magorum adventum non ſiluiſſet, neque cædem infantum Bethlehemiticorum ab Herode factam imò fuſiùs & latiùs totam Chriſti hiſtoriam enarraſſet, cujus tamen alibi in tota illius hiſtoria ne obſcurum quidem veſtigium apparet; uti nec Chriſti diſcipulorum: quod non aliunde videtur profectum, quàm ex odio in Chriſtum, & Chriſtianam religionem, cùm ipſe Judæus eſſet pertinax.* Atque ut Cappellum juvemus, mirum omninò eſt, apud Joſippos, abbreviatores Joſephi, encomii illius nec volam extare, nec veſtigium; an illud perfidiæ Judaicæ ſit adſcribendum, quam in verpo præſumere licet, an brevitati, cui litarunt, ambigo. Meminit equidem minor,

p. LXXXII. alterius ישו הנצרי Je
Nazareni, cujus paſſim in Ta
mud ſcelera enarrantur, homin
magi, ex adultera geniti, qui tan
dem ob facinora נתפש ותלוי com
prehenſus & ſuſpenſus fuit. Ve
rùm alium ab illo fuiſſe, ipſime
Judæi fateantur neceſſum eſt
per ea, quæ è Chriſtianis natis e
vicerunt. *Sebaſtianus Lepuſculus,*
præfatione Joſippi, de bello Ju-
daico, *Joh. Coccejus ad Excerpt*
Gemaræ Sanhedrin, cap. XI. num
XXXVII. è converſis Judæis, *Pe-*
trus Galatinus de Arcanis Catholica
Veritatis lib. I. cap. 7. Poſſet itaq;
gravior adhuc ſuſpicio de Joſephi
codicibus alicui oriri, eò quod
neque apud epitomatores ejus
vel γρὺ occurrat: niſi id forſan eis
condonandum eſt, qui modò fu-
ſiores ſunt, modò contractiores
illo, quem exſcripſerunt. Hoc
magis

Digitized by Google

magis urget, tùm quod hiſtoria illa encomiaſtica in quibusdam codicibus Græcis non compareat; tùm quod pridem ſuboluit cordatioribꝰ, connexionem cum ſequente hiſtoria æquè eſſe ἀπροσδιόνυσον ac illam, quam cum antecedente habet, qua in fit mentio Chriſti. Videtur itaque I. Cloppenburgio, *voluiſſe Joſephum περὶ ἑλληνισμῷ Paullinæ, ſua opinione à DEO, revera autem à Decio Mundo imprægnatæ aut ſtupratæ, ridere fidem Chriſtianam, de conceptione Jeſu Chriſti, & nativitate ex Virgine per operationem Spiritus S. Propter eam blaſphemiam* ſuſpicatur à *Chriſtiano aliquo caſtigatum* fuiſſe *Joſephum, ut jam illa περιοχὴ ſit ἀσύνθετος.*

Nobis argumenta illa tanti ponderis non eſſe videntur, ut in partes eorum deſcendamus, qui

locum Joſephi, non luxatum tantùm, quod facilè conceſſero; ſed & ſtudio à Chriſtiano homine interpolatum eſſe, credunt. Etiamſi enim Flavius, genealogiam Chriſti, ejusq́; res geſtas, ſilentio præterierit, nondum tamen illud probat omnimodam ejus oblivionem; quin potiùs ſufficere videtur, quod ſemel ipſius cum prolixa honoris præfatione meminerit. Proinde addenda potiùs nonnulla, quæ fortean injuria temporum è Codice Flavii perierunt, quàm demenda eſſe omninò arbitror, ut ordo & connexio ſibi conſtet: quænam autem illa ſint, nemo absq; MSS. codicibus divinabit. Nec etiam ſubſcribimus Cloppenburgio, cujus conjecturam Cappellus laudat, ut acutam & ingenioſam; qui locum quidem integrum non expungit, miram

ram tamen connectendi rationem inſtituit. Quis etenim, Deum immortalem! crediderit, hominem Judæum, calumniandi & blaſphemandi animo, in laudes hoſtis ἀσπόνδȣ evagari? Poſito autem, hoc modò utramque Chriſti & *Paullinæ* hiſtoriam connecti debere, anne calumnioſè quoq; Verpus addidit: τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μύρια θαυμάσια περὶ αὐτȣ̃ εἰρηκότων, *prout divinitùs inſpirati Prophetæ hæc & mille alia ſtupenda de eo prædixerunt?* adeò, ut nemo fortiùs contortam illam connexionem infringat, quàm ipſe Flavius; qui utique nativitatem Chriſti ſingularem, vel verbulo tetigiſſet, ſi illam ſimilem ſtupro in Paullina, ſub perſona Anubidis à Decio patrato, crediſſet. Perparvi denique pendenda eſt utriusq; Joſippi, quos

vernaculæ linguæ Scriptores Latio deſcripſit Sebaſtianus Munſterus, autoritas; eò quòd ovis arietem ſequatur, nempe Epitomator Ψευδο-Gorionidem lib. V. c. XLIV. quem pag. CCVIII nominat הכהן משוח מלחמה quæ, ſi vertere liceret, *ducem bello conſecratum*, caderet cenſura doctorum Virorum, quaſi ſe falſò Sacerdotem venditaſſet Gorionides.

VARIO-

VARIORUM
EPISTOLÆ
DE
FL. JOSEPHI
TESTIMONIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

Epistola I.

M. SEBALDO SNELLIO

Chriſt. Adamus Rupertus S. P. D.

Virdungi *de loco Joſephi*, *&* Ruperti *de Snelliano Examine Iſ. Abravanelis*, judicia. *ARGUMENTUM I. contra Snellium*, à communi Criticorum regula. *ARGUM. II. Fl. Joſephus cum Apoſtolis, aliisvé, colloqui potuit. Idem Joſephus* æquior Chriſtianis, *quaſi* in lucis confinio poſitus. *Rupertus hanc pericopen habuit pro genuina.* Flavii *prænomen.* Flavii *aliquot* Chriſtiani. *Ex* his *fuiſſe* Flaviis *videtur* Clemens Alexandrinus. *Fortaſſis* ad petitionem Flaviorum *Auctor talia inſeruit.* Græcus Livius. *ARGUM. III. à Scriptorum Eccleſiaſticorum auctoritate. Oracula* Sibyllina *ſunt* ſuppoſititia. *Hiſtoria Judaica* à Tito ſubſcripta. *Scri-*

Scriptores varii in Bibliothecis publicis *repoſiti. Snellii* ſuſpiciones duæ. *Hiſtoria de Paullina.* Ægyptiorum *ac* Judæorum *ſacra cur conjungantur?* Photii ſilentium. *Excerptorum conſuetudo. Antiquitas ut plurimùm defendenda.*

PRæſtantiſſime Dn. Magiſter, in loco *Joſephi libr. XVIII. c. 4.* diſſentire me à ſententia, quam partim è Cappelli & Cloppenburgii, amœbæis, partim ex ingenio tuo propoſuiſti in *Examine Iſaaci Abravanelis num. 27, 28, 29.* inaudiviſti; & propterea poſcis, ut ſcripto communicem meam. Facio lubens, ſed eo animo, ut eliciam meliora, quibus vel confirmes, vel ita redarguar, ut in poſterum jure ſilere poſſim. Certè ſi quis eſt, qui eruditam hujus narrationis cenſuram cognoſce-

gnoſcere velit, is ego ſum. Unde jam ante XII. annos de illa ipſa CL. VIR-DUNGUM conſului, qui reſcripſit, *genuinam* ſibi *videri*. Schedam neſcio quò ſepoſitam jam non reperio; mitterem aliàs. Neque hactenus ſufficientem diſcedendi rationem me invenire potuiſſe, ingenuè confiteor. Tuum examen quod attinet, induſtriæ & eruditæ lectionis admirandum eſt, ſed poſtquam de hoc loco, qui ad noſtrum uſq; ſeculum, ut arbitror, à nemine Criticorum ſolicitatus eſt, dicere cœpiſti, nil attuliſti, niſi *ſuſpiciunculas* quaſdam nimis *invalidas*; quarum in hoc Cenſorio genere continentiſſimos nos eſſe jubent doctiſſimi Viri.

Nam (quod *primum* argumentum meum eſt) communis

Criti-

Digitized by Google

Criticorum regula ſic habet: *Nil eſſe corrigendum, expungendum, infarciendum; niſi vel MSSti veteres boni fidiq; addixerint, vel conjecturæ claræ, liquidæ, certæ ſint.* Noſti hoc tùm ex aliis quàm plurimis, tùm è *Lipſii Satyra Menippea.* Et hoc à veris Criticis religioſè ſolet obſervari, in minoris momenti locis; quando magis decorum eſt, in iſto, quem dignum exiſtimârunt Patres, qui pervicacibus Judæis objiceretur? At nil à libris manu exaratis auxilii tibi eſt ὤγαθὲ; quos, ſi fortaſſis è nupero *Jenenſi ſcripto*, quod vidiſti, allegare voles, demonſtrandum erit, quàm vetuſti ſint, & quibus in Bibliothecis lateant? Mihi videtur doctiſſimi Theologi doctiſſimus ille Filius è Voſſio collegiſſe: *Quia Photius in Excerptis non habet iſtud teſtimonium de Chriſto, veroſimile eſt, non* repe-

reperiſſe in ſuis Codicibus. Sed hâc de ſuſpicione dicam infrà. Editio Joſephi Aurelianenſis A. S. 1611. ad Mſs. Cod. Bibliothecæ Palatinæ caſtigata locum, uti hactenus legebatur, integrum repræſentat. Alias jam habere non potui. Sed nec conjecturas tuas eſſe tales, quales Lipſius deſiderat, fateberis ipſe, ſi eas penſiculatiùs examinaveris.

Secundò: Quid tantopere *ſtupemus* ad luculentum illud de SALVATORE teſtimonium? ἐπὶ τὴν καρδίαν (τῶν ἰουδαίων) τὸ κάλυμμα κεῖται, ut loquitur S. Apoſtolus *II. Corinth. III. 15.* Sed non omnium; & qui per ætatem cum uno vel altero ex Apoſtolis & quingentis illis teſtibus (de quibus idem ille Paulus *I. Cor. XV. 6.*) colloqui potuit, qui vaticinio Salvato-

vatoris de excidio Hieroſolym
tano eventum reſpondere vid
qui à ſceleribus & impietate re
quorum Judæorum prorſus a
horruit (videndus tùm alibi p
ſim, tùm *l. VI. de B. J. cap. 16.*) n
tàm facilè honeſtam de ſeſe o
nionem aboleri patitur. Pro
fectò fuiſſe Chriſtianis æquiore
& in confinio lucis poſitum à J
dæis tamen non prorſus receſſ
ſe, quia χαλεπῶς ἐϛι μεῖαδιδάσκε
memini judicare *Virdungum*. N
eſſe frivolam hanc conjectura
(quod ſecundi argumenti vice
erit) ex aliis Joſephi locis col
gere licet. *Libr. XVIII. cap. 7.* la
dat *Joannem Baptiſtam*, fuiſſe V
rum optimum, Judæos excitâ
ad virtutum ſtudia: & inprim
ad pietatis & juſtitiæ, ſimulq
ad Baptiſmi lavacrum. Refert
bidem, fuiſſe communem Judæ
ru

rum opinionem, ob hujus cædem divinitùs punitum fuiſſe Herodis exercitum. *Lib. XX. cap. 8.* execratur cædem Jacobi, fratris Jeſu Chriſti, *factum illud*, inquiens, *omnibus in Hieroſolymitana civitate bonis, & Legum ſtudioſis, vehementer diſplicuiſſe.* Tàm benè ſenſit de iſtis, præcurſore altero, altero fratre: de CHRISTO ipſo potiùs omnia alia judicaſſe putes, quàm, quæ hodiè legimus, ſcripſiſſe? De Magiſtro fœda atque abominanda narrâſſe, cum ejusdem diſcipulum, ob fidem in Magiſtrum cæſum, innocentem pronuntiet, ac magnificè commendet, allato omnium bonorum judicio? Ego verò inde argumentari malim, de CHRISTO quoq; ſenſiſſe quàm honorificè, qui ſævientem in fidei Chriſtianæ præconem ſic averſatus eſt. An hîc etiam admove-

Digitized by Google

movebis ſcalpellum Criticum
Quo more id facies? Quo exem
plo? Iſta quidem vis erit, ut aje
bat Cæſar. Addam hactenus di
ctis conjecturam, ſed quam acc
pies, quo voles, modo. Per m
quàm viliſſimum illi pretium po
nere licet. Fuit hic Joſephus Fla
viorum Veſpaſianorum cliens, a
beneficiarius; *Flavii* nomen fe
rebat ipſe, quia Veſpaſianus ju
civitatis Romanæ dederat; atqu
adeò *Flavios*, ut opinor, ſectaba
tur & colebat omnes, qui quiden
Veſpaſiani propinqui & gentiles e
ſent. Sed ex iis tùm vivebar
nonnulli, Chriſtianis ſacris add
ctiſſimi, *T. Flavius Clemens*, T. Fl
vii Sabini F. T. Flavii Veſpaſiar
& Domitiani Imperatorum frat
patruelis, Cos. A.U. 847. ob Chr
ſtianæ fidei profeſſionem cæſ
eſt, quem Dio, Scriptor Ethnicu
refe

refert interfectum *ob impietatem.* Vid. *Baron. in A. C. 98.* [Ab iſtis originem traxiſſe puto *T. Flavium Clementem*, Alexandriæ Epiſcopum, & ob id Alexandrinum dictum, cujus προτρεπτικὸν πρὸς Ἕλληνας, Pædagogum, & libros Stromatum habemus. *T. Fabium Clementem* appellat Heinſius in dedicatione, immemor MSStorum, quæ ipſe laudat in Notis.] Ejusdem è ſorore neptis & uxor, *Flavia Domitilla*, ob eandem cauſam iisdem temporibus in Pontiam (ut legimus apud *Euſebium lib. III. Hiſt. Eccleſ. cap. 14.* & in *Chron. num. 2112.* & apud *Hieronymum in Epitaphio Paulæ*) ſive Pandatariam inſulam, ut apud gentiles, relegata eſt. Quid ſi igitur Joſephus, *ad petitionem* Chriſtianiſſimorum *Flaviorum*, hiſtoriæ ſuæ tàm honorifica de *Chriſto, Johanne*, & *Jacobo* inſeruit?

ſeruit? Sciebant eam immor
lem fore, auctor ipſe *Græcus*
vius dicebatur; nec, cùm Antiq
tatibus ultimam manum imp
neret, in Flavium Clementem
Domitillam, gentiles ſuos, graſ
ri cœperat Domitianus. Flor
bant ad huc fama, opibus & h
noribus. Sed hæc, ut dixi, *con*
ctura eſt: illud manifeſtius ſe
tentiæ noſtræ propugnandæ a
gumentum, quod ex narratio
de Johanne Baptiſta & Jacobo
poſtolo prætulimus.

Atque hinc *tertiò* inconcu
ſtat Eccleſiaſticorum Scriptoru
autoritas, *Euſebii* & *Hieronymi*. C
ſauboni quidem obſervatio
premere conaris illas, *quòd mu*
facinus palmarium judicârint, cœ
ſtem veritatem ſuis figmentis ire a
jutum: & ſanè, quin *Sibyllina*
carm

Digitized by Google

carmina, quibus ſuffarcinati contra gentiles incedebant multi veterum, ὑποβολιμαῖα ſint, nemo ſanæ mentis negabit. Sed hic attendenda tibi fuit diverſitas. Vaticinia & hujusmodi alia ſpargere in trivia, & iis plebem circumvenire (quales imposturæ ne noſtro quidem ſeculo incognitæ) uti facilè, ita multis ſolitum jam ab antiquiſſimo ævo. Vide præter alios *Tacitum lib. VI. Annal. c.12*. Sed non tàm facile, affingere & immittere tot alienas narrationes autori, qui ab Imperatoribus in publicas Bibliothecas, omnium oculis expoſitas fuerat receptus. Hoc enim falſi crimen tùm majus periculum, majorem infamiam erat pariturum. De hiſtoria Bell. Jud. ipſe Autor refert in Vita ſua p. 1026.: *Titi Imp. manu ſubſcriptam in Bibliotheca publicatam.*

De univerſis libris, & ſimul de Autoris exiſtimatione, *Euſebius Hiſt. Eccl. libr. III.* cap. 9. : *Non ſolùm apud gentem ſuam, verùm etiam apud Romanos Judæorum illius temporis facilè præſtantiſſimus habebatur, ita ut tùm ſtatuæ honore in urbe Roma decoraretur, tùm libri ab eo induſtria elaborati confectiq; in Bibliothecam publicam meritò reponerentur.* Ita Tacitus, Svetonius, Plinius Junior, & alii in publicis Bibliothecis repoſiti, non caſtrati, vel correcti ſunt ea parte, qua Chriſtum & Chriſtianos impiè calumniantur. Quod ad *Hieronymum* ſolum, remiſiſti me ad vetus illud Epicharmi: ΝΑΦΕ, ΚΑΙ ΜΕΜΝΑΣΟ ΑΠΙΣΤΕΙΝ, quod de Jacobo quæ narret, non reperiantur in Joſepho noſtro. Atqui ea reperi, & ſupra recitavi; & ſi quæ porrò adjicit, ſcire potes ex ipſa Hieronymi

nymi indicina, eſſe Clementis Joſephi verbis interſperſa. Illa quidem ejusdem Hieronymi: *Tradit item Joſephus, tantæ eum ſanctitatis fuiſſe, & celebritatis in populo, ut propter ejus necem creditum ſit ſubverſam Hieroſolymam*, in Joſepho ipſo non legi; neque ipſum Hieronymum legiſſe reor, ſed in alio quodam, qui ex conſequentia, ut ita loquar, rem narraverat. Joſephus enim *libr. II. Antiq. cap. 6.* refert, *multos pietatis ergò in urbem veniſſe, patraſſe cædes in ipſo templo; unde fas ſit credere, Deum tantam impietatem averſurum Hieroſolyma & templum luſtrare decreviſſe Romanorum facibus quaſi luſtralibus.* Atqui, ſubſumſit ille, quisquis hæc legit, ex iſtis in ſacro loco, & religionis cauſa, interfectis præcipuus fuit Jacobus, Chriſti frater; ut ipſe Joſephus nos docet *cap. 8. ejusdem libri,*

bri, collatus cum noſtris. Ergò. Quicquid ſit, unus iſte locus teſtimonium de Salvatore ſuſpectum non facit. Ut denique cognoſcas, nec ſequentium temporum Scriptores dubitâſſe de ſinceritate hujus, conferre te velim *Iſidorum Peluſiotam lib. IV. ep. 225.* ubi Judæis confidentiſſimè reſiſtit, hoc ſolo fretus; *& Hermiam Sozomenum Salaminium libr. I. Hiſtor. Eccl. cap. 1.*

Venio nunc ad ſuſpiciones tuas, quibus perſuadere nobis conaris, vel nimis credulos fuiſſe Patres, vel credulitati temporum ſuorum illudere voluiſſe. Si rectè mentem veſtram capio, *duo* ſunt, quæ urges: *Primum*, totam illam περιοχὴν eſſe apud Joſephum ἀσύνδετον; videri, turpiculum aliquid de S. Virgine narrâſſe, ut reſpon-

ſpondeat hiſtoria ſequens de Paullina, quæ cum Anubidis complexibus ſeſe dignatam exiſtimaret, ſaltem Decio Mundo ſubſtrata fuit. Huic conjecturæ favere dicis nonnulla Joſippi Gorionidis. *Secundò*, non de nihilo eſſe Photii ſilentium.

Primum quod attinet, locum Joſephi non inſpexi limis; legi totum caput quartum & quintum: poſt lectionem ſurrexi, &, quæ legeram, mecum examinavi, diſpexi πρόσω καὶ ὀπίσω, nec ullam cauſam, idem vobiſcum ſtatuendi reperire potui. Videbantur enim omnia non benè, ſed quàm optimè inter ſe devincta; nuſquam hærebat, vel præter morem Hiſtoricorum diffluebat Auctor. Idem fac, quæſo, & fortasſis ſtatues aliter. Narrat Joſephus

ab initio capitis gravem *Judæorum cladem*, quam perpeſſi ſint ob motam ſeditionem. Tùm ſubjungit *hæc de Chriſto.* An ut ſub oculos poneret, quanta calamitas ſupplicium de illo ſumptum exceperit? Quemadmodum poſt expoſitam Herodiani exercitus *cladem* ſtatim ſubjicit *cauſam*, cædem Joannis Baptiſtæ? Sed mittamus hanc rationem, ut divinatoriam; ipſe Auctor connexionis rationem reddit haut obſcuram, cùm ait: Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνήρ. i. e. *Circa ea tempora fuit Jeſus vir ſapiens.* Temporis igitur ratione motus, hoc inſeruit valdè memorabile. Pulchrè deinde infortunio ſuperiori Judæorum adjicit *aliam* ejusdem gentis *cladem*; ſed memor boni Hiſtorici eſſe, ἄνωθεν τὴν πηγὴν διορύττειν, & ad fontes ipſos, unde eventus ſcatu-

ſcaturierunt, adſcendere, hoc de *Paullina* & *Decio Mundo* præmittit, velut *non poſtremam cauſam* perſecutionis Judaicæ. Etenim Tiberius improbitate ſacerdotum Anubidis, *Ægyptii numinis*, exacerbatus, etiam de *Judæorum* peregrino *ſacro*, propter unius ſcelus, acerbiùs ſtatuit. Quod ſi profanos Hiſtoricos conſulere vis, animadvertes hanc ipſam *Ægyptiorum* & *Iudæorum* calamitatem conjungere. *Svetonius in Tiberio* cap. 36: *Externas ceremonias, Ægyptios, Iudaicosq; ritus compeſcuit.* Item *Tacitus lib. II. Annal.* cap. 85. § 4: *Actum eſt de ſacris Ægyptiis Iudaicisq; pellendis.* Ita Joſephus utriusque gentis pœnam conjungit, ejusq; cauſas. Vides jam, *mi chariſſime*, ut omnia cohæreant, quamque ineptè negotioſus ſit *Cloppenburgius*, in comminiſcenda alia

connexi ratione. Referenda ſunt, inquam, *iſta de Paullina,* non ad ſuperiora de Chriſto; ſed *ad inferiora de pulſis Ægyptiorum & Iudæorum ſacris.* Doleo celeberrimi Theologi vicem; qui cùm fortaſſe provectioris ſit ætatis, nondum deſiit hariolari: Tironum enim hoc eſt, nec dum Philologiæ ſacris initiatorum. Jam & nihil hûc faciunt, quæ multa cum cura diſputas de ſenſu *verborum Gorionidis* tui. Etiamſi concedam tibi, te latentem illam Gorionidis blaſphemiam protraxiſſe feliciter, num ex illo ſtatim reformandus erit Joſephus, legitimus & genuinus è ſpurio; vel, ſi minùs agere me vis, è corrupto & interpolato?

Alterum de *Photii ſilentio* eſt aliquid, & eſt nihil. Scimus quæ ſit

ſit Excerptorum conſuetudo. At, inquis, excerpunt maximè memorabilia. Indulgebo tibi hoc quoque, quamvis non ſim neſcius, quid factum ſit aliis magnæ famæ Hiſtoricis: ſed tamen hîc addi patieris, NISI PERVULGATA, VEL AB ALIIS OBSERVATA SINT. Photius cùm videret Joſephi locum de Chriſto notum omnibus, totiesque ab antiquioribus citatum, non duxit operæ pretium excerpere.

Et hæc ad petitionem tuam, *Præſtantiſſime Dn. M. Snelli*, reſpondere volui, imò debui. Virginalis verecundia in hoc loco tractando decere videbatur: atque adeò cauſam meam longè favorabiliorem jam apud te futuram ſpero, quàm Cloppenburgii; qui conjecturis ſanè leviſſimis impul-

ſus, in Joſephi & Patrum famam quorundam impetum fecit; Judæis verò inſultandi præbuit oc-
„ caſionem. Ut Cicero defen-
„ ſiones quàm accuſationes ſu-
„ ſcipere maluit, ita optimus
„ quisque facere debet in cauſis
„ antiquiorum; niſi VERITAS
„ apertè ſe contrà ſiſtat. Et annon in eadem mecum ſententia *CL. Dn. Hackſpanius*? Niſi memoria me fallit, Joſephi locum, ut γνήσιον, objecit Judæis in *Dialogo quodam*; ſed qui nunc non eſt ad manus. Quod ſi ita eſt, ab eo miror te tàm facilè receſſiſſe ad ficulnea iſta Cloppenburgii. Sed ſatis eſt, & jam papyrus, ut vides, deficit. Tu quàm optimè vale, & incomptæ libertati meæ ignoſce! Scribebam d. xx. Novemb., Altdorffii, A. S. cIↄ. Iↄc. XLVI.

Digitized by Google

EPISTOLA II.

CHRIST. ADAMO RUPERTO

Sebaldus Snellius S. P. D.

Photii ſilentium. *Juſtus Tiberienſis* Ebræorum vitio *laborans. Judæi Scriptores in quo deprehendendi? Communis* Criticorum regula *infringitur.* Connexio *urgetur. Patres decepti, alios in errorem abripuerunt.* Hieronymi *&* Euſebii *error. Inſerere aliquid Scriptoribus,* olim facile *fuit.* Integri *ſæpè* libri *&* Vaticinia *ſupponebantur.* Chriſten-*Maſchiach.* Meſchichiim. Ἀνὴρ *non idem, quod* Filius hominis, *aut,* Terræ filius. *Joſephi* perſona, ſecta, *&* ſapientia. *Cloppenburgii ſententia.* Munſteri ſuſpicio *de Gorionide Ebræo.*

CLariſſime Vir, Domine & Præceptor honoratiſſime:

pro benevola ſententiæ tuæ circa Joſephi locum communicatione gratias Tibi ago maximas; ac viciſſim, quid in ea deſiderem, & meæ patrocinari videatur, ingenuè expono, paratiſſimus cedere, quam nobis utrinque propoſitam habemus, VERITATI; vel ſi minus, ut in re obſcura hanc attingere datur, dicenti, quod eſt probabiliſſimum. *Photii ſilentium* (ab hoc enim ordiar, quod plurimùm ejus Viri autoritatem hîc poſſe mihi perſuadeam) omninò infert, eum iſtam pericopen in Flavio non legiſſe. Nam *Codice XLIIX.* memorat librum *de Univerſi natura*, Joſephi nomen gerentem, quique nihil dicendi genere à reliquis iſtius ſcriptis diſcedat. At cùm idem liber *aptiſſimè de Chriſto loquatur*, quando & ipſam Chriſti appellationem illi attribuit,

buit, & inenarrabilem ex patre generationem citra reprehenſionem deſcribit, hinc colligit Photius: *Hæc res ambigendi fortaſſe cuipiam cauſam præbeat, ſitne hoc opuſculum Joſephi?* Si jam in Antiquitatibus præſentem pericopen legiſſet, annon putas iisdem prope verbis fuiſſe uſurum? Nam & ibi, & in relatione de cæde Jacobi Apoſt. *Chriſti appellationem* Salvatori noſtro tribuit; & quanquam æternam à Patre generationem non exprimit, adſignat tamen illi, è quibus divinitatem collegit. *Sozomenus lib. I. c. 1. lin. 23.* videri, inquiens, *Joſephum clara propemodum voce pronunciare, - - - Chriſtum eſſe Deum.* Atqui Photius iſtis verbis circa præſens uſus non eſt. Ergò non legit. Dein *Codice XXXIII.* perſtringit *Juſtum Tiberienſem*, quod, communi Hebræorum vitio

tio laborans, Judæus genere cùm eſſet, de Chriſti adventu, deque iis, quæ ipſi acciderunt, aut de miraculis ab illo patratis, nullam prorſus fecit mentionem. Nolim hinc inferre: ergò habuit Flavius aliquam iſtorum mentionem; ſecus enim & ipſum perſtrinxiſſet. Sufficit, quod reprehendendum in Judæis Scriptoribus ſibi Photius ſumſerat, in hoc Juſto monuiſſe; cavitq;, credo, prudenter, ne ſi idem in Flavio apertè faceret, Chriſtianorum offenſionem in ſe provocaret. Ergò ſic potiùs concludo: *Si inveniſſet apud Flavium aliquam dictorum mentionem, & pro genuina agnoviſſet, utique collaudaſſet ingenuam in hoſte quoque virtutem, uti contrarium in Juſto vituperaret. Atqui non laudat. Ergò illam non invenit.* Certè Photius in *Cod. XXXIII.* ponit

nit majorem: *Qui eſt Hebræus, is communi gentis vitio nihil de Chriſto noſtro meminit.* Subſumit in *Cod. XL IIX.* abinit: *Atqui Flavius eſt Hebræus.* Quæ ad mentem ejus ſubdenda ſit concluſio, mea ſcilicet aſſertio, puto ita liquere. Eſt autem hæc: *Photium illam pericopen in ſuo exemplari vel non legiſſe, vel pro genuina non agnoviſſe.* Limitationem tuam: *Excerpi maximè memorabilia, niſi pervulgata, vel aliis jam ſint obſervata*, utut ſe in aliis habeat, Photio applicare non potes; ſic enim & ſigna, excidium Hieroſolymitanum præcedentia, dicto Cod. XLIIX. non excerpſiſſet, compluribus notata.

Deinde *connexionem* adhuc *urgeo.* Equidem motui ſub Pilato occaſione ſacræ pecuniæ, in uſus alienos converſæ, excitato rectè ſubjungi novum incommodum,

ſcio;

Digitized by Google

ſcio; atque hoc rectè etiam à *Ca-*
pello adverſus *Cloppenburgium* u-
geri ſentio *p. 168.* ſed & Paullin.
Hiſtoriam commodè interpon
largior eidem, Tibiq́; ; quanquar
non video, quî hanc dicas extitiſ
ſe cauſam pellendorum Roma Ju-
dæorum; cùm huic facto no
Paullinæ negotium, ſed *Judæo-*
rum Romanorum improbitas au
ſam ſuppeditâſſe Joſepho dica
tur *cap. 5.* & Scriptores gentile
conjungunt eventus, quorum
cauſæ erant ſanè diverſæ. Cæte-
rum illa de Chriſto pericope un-
de? Et annon inſvavis illa in tàm
pauculis illis lineis repetitio: Γίν-
ται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, *eoder*
tempore fuit, &c. Et: Καὶ ὑπὸ τοὺ
αὐτοὺς χρόνους, *circa ea ipſa tempor*
(quod ultimũ non poteſt ad Chri-
ſti miracula patrantis, paſſi ac re-
ſurgentis; ſed prioris ſedition
tem

tempora referri; per illam ipſam etiam conjecturam tuam, quam mox adducam) Græco Livio indigna Tibi videtur? At Tu temporis ratione teſtimonium hoc inſertum cenſes valdè memorabile. Hîc igitur Tibi incumbunt, quæcunque objicit Cappellus apud *D. Majorem lit. E. b.* non minùs memorabilia. Detur enim ratio, cur Flavius ea itidem ſuis locis non commemorârit? Imò ut Hiſtoriæ Evangelicæ ſatis negligentem, ſi non penitùs imperitum agnoſcas, cauſam incarcerationis Baptiſtæ eam aſſignat; ubi qui Joſephum maximè excuſatum eunt, fateri neceſſe habent, ſi non contraria Evangeliſtis, diverſa tamen ab eis ſcripſiſſe. Conjectura tua de iſta peri ·ope, hûc loci relatâ à Scriptore, quaſi cauſam reddere volente præcedentis

tis infortunii, firmatur teſtimonio *Euſebii libr. II. cap. 6.* atque arguit non fuiſſe plumbeo ingenio, qui de ſuo, ut mea quidem fert opinio, aliqua Joſepho aſſuit, adeò convenienti loco id facere aggreſſus eſt, ubi probabiliter lateret. Mittis autem eam, & facilè apparet, Euſebium, quid ipſe ſentiret, expoſuiſſe. Quicquid hujus ſit, oportet ante conſtare, *ſitne ille locus Joſephi*, quàm hîc eo ipſo ad dictam cauſam reſpexiſſe ſtatuatur.

Hieronymianæ citationi adhuc inſiſto, atque *Euſebii libr. II. cap. 23.* percurrens, non poſſum non ſentire, hos Patres hactenùs fuiſſe deceptos; ſecumq; alios in errorem abripuiſſe. Allegant enim tanquam formalia Joſephi verba, quæ hodie nuſpiam, aut aliter, in Joſepho legas. Ita *Euſebius*

lit.

Digitized by Google

lit. B. *Joſephus non detrectavit etiam hoc ſcripto teſtari, cùm his verbis loquitur: Hæc contigerunt Judæis ultionis cauſa, propter Jacobum juſtum, qui erat frater Jeſu, quem Chriſtum nominant. Judæi ſiquidem illum, cùm juſtiſſimus eſſet, occiderunt.* Subjicit deinde alium locum è *libro XX. Antiq.* de cæde Jacobi fratris Jeſu, qui Chriſtus dicebatur; hodie comparet: *Jacobus frater Jeſu Chriſti.* Equidem *Photius Cod. CCXXXVIII. p. 978.* de Flavio agens, vocat *fratrem DOMINI;* non ex hujus, ſed propria mente, quomodo *p. 967. med.* occaſione Herodis naſcentis Chriſti, & Bethlehemitici infanticidii mentionem facit. Similiter *Suidas*, etſi pericopen de Chriſto exhibet, *tribuit* tamen *Flavio*, ſcripſiſſe, propter cædem Jacobi Apoſtoli vaſtata fuiſſe Hieroſolyma, & Baptiſtam verè fuiſ-

ſe

ſe Prophetam; quorum *neutrum* hodiernus *Flavius aſſerit.* Cæterum locus *Euſebii* Tibi perſuadebit, quæ *Hieronymus* in eundem ſenſum allegavit, non ſcripſiſſe eum, quaſi ſecutus ſit loquentem ex conſequentia. Ac textus *libr. XX. Antiquit. cap.* 6. loquitur de privatis; Jacobus à Concilio publica autoritate damnatus eſt: ille de occiſis in templo, in Jacobo autem tollendo ordinarium ſupplicium ſervatum eſt, ipſe ſcilicet urbe eductus ad modum Stephani *Act. VII.* 57. Vide etiam *Majmonidem* apud *Schickardum in Miſchp. p.* 104. *ab init.* Quid igitur miri, Hieronymum & Euſebium in recipienda aliqua particula Joſephi erraſſe, qui toto erraſſe libro Flavii videntur; certiſſimè autem Euſebius, qui *lit. F.* & *A.* in fine, bis Ἰώσηπον memorat, qui Hieronymi

nymi indicio, erat *Egeſippus?* Fruſtra autem objicitur, non fuiſſe facilè, aliquid in Joſephum inferre; cùm in relatione de Jacobi obitu id apertè prodant *Egeſippus, Clemens Alexandrinus, Euſebius, Hieronymus, Suidas?* Fuerit periculi plenum, at non majoris, quam in Novi Teſtamenti Codicem dictum ingerere. *Si quis propterea ſecundò exoſculatus fuerit, quod id illi placuerit, &c.* ut eſt apud *Juſtinum Martyrem Tom. I. p. 263. in Athenagoræ pro Chriſtianis Oratione.* Et quid ipſe *Juſtinus Tom. II. p. 142.* de textu LXX. Interpretum circa quædam loca ſentiat, legere eſt apud *D. Glaſſium Phil. Sacr. libr. I. p. 141. ſq.* Qui itaque integros libros in negotio fidei, non tantùm vaticinia ſuppoſuere, ut *loc. cit.* & *p. 22. a.* item *p 144* teſtatur Caſaubonus, qui manum ne à Divinis

vinis ſcriptis abſtinuerunt, hos periculum metuiſſe putabimus, cujus erant in tàm pia cauſa, ut ipſis quidem videbatur, ego tamen probare non poſſum, appetentiſſimi? Ita olim altaria gentilium diruerunt, idola confregerunt, Judæorum Synagogas ſuccenderunt, auſu privato, bono (ut putabant) inducti zelo; ſed reverà *errore non excuſando, quem ſæpè poſteà martyrii falx correxit*, ut loquitur *S. Auguſtinus*. Illa autem *Sozomeni* ſententia, quam *libr. VI. c. 2 pr.* proponit, planè ut impia, ab omnibus, vera de officio ſubditorum erga Magiſtratum edoctis, rejicitur. Sed & in publicas Bibliothecas recepti ſint libri Joſephi; quanquam hic ipſe, & *Hieronymus* & *Suidas* non niſi de libris, bellum Judaicum complexis, loquuntur; Euſebius autem indefinitè,

finitè, non univerſaliter: Quid ſanctius putamus aſſervatum Actis Pilati præſidis, in cauſa Chriſti, quæ preſſiſſe iniquum ſuo etiam judicio virum, credibile eſt, quantum licuit. Ad Chriſtianos tamen emanârunt, ut eſt apud *Euſebium libr. II. c. 2.* Et jam circa medium ſeculi *tertii* imperio præfuit *Philippus*, Chriſtianis ſacris initiatus; ſub *ſecundi* autem annum XX. floruit *Clemens Alexandrinus*, qui fortè aliquid in gentili reformando molitus. Hoc magis appareret, ſi præſtò eſſent *libri Hypotypoſeon*; vel conſtaret de autore *libri de Univerſi natura*, quem allegabat Photius; liqueret item, hunc inter alios referendum, quos ſcripſiſſe Flavium, memorat *Euſebius libr. III. cap. 10.* E dictis tamen hoc relinquitur, aut vacillare Patrum autoritatem
in

in allegando Joſepho, aut hunc malam manum paſſum. Hoc poſterius non etiam in Ethnicis Scriptoribus contigiſſe, fortè cauſa eſt, quod parcè ac verecundè talia tentanda prudenter judicârint infartores; ne dolus pateſceret citiùs juſto in auctoribus, qui gentilibus magis erant triti, quàm Flavius Judæus: præſertim cùm aliàs eſſent, quibus iſtos urgerent, à Judæis verò inſtructis cognitione Bibliorum in authentico, Chriſtianis hâc in parte imparatis, plus eſſet, præſentisque periculi; ideoque dolo bono viderentur revincendi, medio bonitatem ſibi à fine, quem rectiſſimum ſibi perſuadebant, propoſitum habere, pollicente. Hæc mihi iſtorum intentio fuiſſe videtur.

Accedit ipſa Joſephi conſideratio.

ratio. Non vocat *Salvatorem*, ut ſuprà apud Euſebium, *quem Chriſtum nominant*, vel: *qui Chriſtus dicitur*, ab aſſeclis ſcilicet, & vulgari verbo, uti moderni adhuc Judæi eum appellant **der Chriſten** *Maſchiach*, & nos *Meſchichiim*, ſed: *Chriſtus*, inquit, *hic erat*. Dubitat, faſne ſit, eum *virum* nominare, intelligens *humana conditione ſuperiorem*; adeoque *Deum*, uti cenſuit etiam Sozomenus. Nam, quod apud Te dictum ſit, cùm *D. Major lit. E. a.* ἄνδρα dixiſſe vult Joſephum, ut reſpexerit ad Ebræorum *filium hominis*, i. e. plebejum, terræ filium; malè æſtimat Scriptoris ſtylum, ſi cujusquam, græciſſantem ex Hebraismo; ut alia omittam, quæ hîc dici poſſent. Eadem de cauſa fruſtrà *D. Müllerus* in Judaismo exempla è Veteri Teſtamento congerit, qui-

bus oſtendat, non inelegante
Flavio dictum : *κατὰ τοῦτον τὸν χ-*
νον &c. Et : *ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους &*
Inſuper cum tantum, talemqu
deſcripſiſſet, confirmat, *vivu*
denuò ſuis tertia à morte die apparu
ſe ; idque *juxta teſtimonium Proph*
tarum divinorum. Hæc quide
Autorem non in confinio, ut l
queris, ſed claro lucis jubare p
ſitum arguere mihi videntu
Rom. X. 9. Joann. XX. 31. Fate
non omnibus Judæis velamen i
cubuiſſe fuiſſe aliquas electas r
liquias, *Rom. XI. 7.* At ſi in haru
numerum fuerit Joſephus coll
candus, ut illud teſtimonium a
ipſo ſit profectum ; jam neceſ
eſt, dicamus, fuiſſe ad Chriſtu
converſum. *II. Cor. III, 16.* quo
illi ipſi Scriptores Eccleſiaſtic
quos citas, non admittunt. No
ipſi nego virtutem, atque odiu
yiti

vitiorum; Chriſtianismum, quem illud teſtimonium plenis velis invehit, ipſe ei tribuere non audes. Aut enim ex animo, quòd ita ſentiret, ſcripſerit; aut in gratiam Flaviorum, quod conjicis. Vide autem, quantum de ejus laudibus detrahas, dum ſentis ſcripſiſſe in gratiam gentilium ea, quibus ipſe in conſcientia adſtipulari nequibat. Et num voluiſſe ita gratificari arbitraris *Flaviis*, ut non dubitaret ſe *Domitiani* odio, quod in apertam perſecutionem paullò poſt erupit, exponere? Quæ de Baptiſta & Jacobo ſcripſit (intelligo autem de hoc poſteriori ea, quæ citat ex ipſo *Euſebius* è *lib. XX. Antiqv.*) genuina credo; quanquam ut ſuprà audiviſti, de Joanne aliquantum diſſentit *Suidas*. At unde conſtat, Joſephum noviſſe, illum fuiſſe Chriſti præcurſorem?

Neque etiam hunc dicit fuiſſe Apoſtolum, & laudes, quos in utrumque congerit, præſcindunt à religione; ſecus in Salvatore noſtro ſe res habet. Et quomodo in Antiquitatibus modò *Chriſtum* appellet, modò *eum, qui Chriſtus dicebatur*? Quare illud de Chriſto minimè redditur probabile, è facta Baptiſtæ & Jacobi mentione. Abominandam an fecerit Flavius, poſtea diſpiciam; hactenus enim Cappellum tueri placet. Et quid ille Apoſtolos cæteroſque Chriſtianos curârit, ab ineunte ætate ſectas Judæorum pervagatus, poſtea miles, qui meminerat gentem ſuam per fictitios Chriſtos toties deluſam; nunquam ſibi perſuaſurus, eum eſſe verum, cujus diſcipulos, ut vulgò audiebant, tàm abeſſe à Meſſiæ requiſitis videbat, qualia paſſim in animis

mis Judæorum obtinuerant, ſcilicet de regno terreno? Mihi, potiùs videtur è numero Sapientum hujus ſeculi fuiſſe, de quibus Paulus *I. Cor. I, 26. & cap. II. 6, 8, 14.*

De Mſs. rogo, ut moram tantisper feras, dum reſponſum à *D. Majore Jena* recipio, quem eo nomine compellavi. Et fac, nulla vel illum, vel me exhibere poſſe; ſpero Te aliter judicaturum, ubi modò dicta expendere dignaberis. Hæc Tibi videbuntur evincere, pericopen de Chriſto Flavii non eſſe: Jam ulteriùs diſpiciendum, malisne cum Cappello eam nudè tollere; an in ſublatæ locum cum Cloppenburgio ſubſtituere ſcævam relationem de Chriſti nativitate, quam è Rabbinorum traditione hauſerit Flavius? Aliquam enim fuiſſe, indicium feci è Gorionide *th. 27.* & è

Neque etiam hunc dicit fuiſſ
poſtolum, & laudes, quos i
trumque congerit, præſcindu
religione; ſecus in Salvatore
ſtro ſe res habet. Et quom
in Antiquitatibus modò *Chri*
appellet, modò *eum, qui Chr*
dicebatur? Quare illud de Chr
minimè redditur probabile,
cta Baptiſtæ & Jacobi menti
Abominandam an fecerit
vius, poſtea diſpiciam; hacte
enim Cappellum tueri placet
quid ille Apoſtolos cæteros
Chriſtianos curârit, ab ineu
ætate ſectas Judæorum perva
tus, poſtea miles, qui memin
gentem ſuam per fictitios C
ſtos toties deluſam; nunquan
bi perſuaſurus, eum eſſe veru
cujus diſcipulos, ut vulgò au
bant, tàm abeſſe à Meſſiæ re
ſitis videbat, qualia paſſim in

Digitized by Google

mis Judæorum obtinuerant, ſcilicet de regno terreno? Mihi, potiùs videtur è numero Sapientum hujus ſeculi fuiſſe, de quibus Paulus *I.Cor.I, 26. & cap.II. 6, 8, 14.*

De Mſs. rogo, ut moram tantisper feras, dum reſponſum à *D. Majore Jena* recipio, quem eo nomine compellavi. Et fac, nulla vel illum, vel me exhibere poſſe; ſpero Te aliter judicaturum, ubi modò dicta expendere dignaberis. Hæc Tibi videbuntur evincere, pericopen de Chriſto Flavii non eſſe: Jam ulteriùs diſpiciendum, malisne cum Cappello eam nudè tollere; an in ſublatæ locum cum Cloppenburgio ſubſtituere ſcævam relationem de Chriſti nativitate, quam è Rabbinorum traditione hauſerit Flavius? Aliquam enim fuiſſe, indicium feci è Gorionide *th. 27.* & è

Juchaſin *th. 139.* pateſcit itidem è loco Talmudico, qui in *Synagoga Judaica* citatur *p. 107.* cum iis collato, quæ converſi è libro *Toledoth Jeſchu* recenſent; de quo tamen nunc non admodum laboro, uti nec, cum in Abravanelem ſcriberem, de ſententia, quam nunc asſero, eram ſolicitus. Id enim tantùm ſpectabam, ut Munſteri ſuſpicionem amolirer, de Gorionide Hebræo, qui malitioſè ſuſtulerit magnificum de Chriſto præconium.

Et monebo utique ſub finem ſectionis poſterioris lectorem, ut in *th. 29. lin. 3.* pro (*vel, quod veriſimilius factum fuiſſe*, ſubſtituat: *nec non*, & *lin. 5.* pro: *hæc, illa*, & *lin. 10.* pro: *Flavio*, *Gorionide*, & *lin. 11.* poſt illa: *à noſtris*, ſuppleat: *in Flavio*.

Virginalem verecundiam apud Judæos

Judæos vix requires, quibus ipſa ſe in hoc præſertim fidei negotio nunquam credidit; & neſcio, an non iſtorum riſui nos exponamus, urgendo teſtimonium autoris, quod quî genuinum eſſe confirmemus, atque adverſus objecta vindicemus, fateor, me adhuc ignorare; atque adeò Te rogo, *Vir Clariſſime*, ſi quid eſt, quo mihi ſuccurras, in regiam me allabores reducere. Ego obſequium ac gratitudinem nunquam intermorituram ex animo promitto. Benè vale, & me Tibi commendatum habe. Scribebam die 1. Decembris, Anno 1646.

CL. atq. Excell. Tuam impensè æſtimans.

Digitized by Google

EPISTOLA III.
M. SEBALDO SNELLIO
Chriſt. Adamus Rupertus S. P. D.

Photii ſilentium defenditur. *Ejus in excerpendo* lectio interrupta. *Locus ille non eſt luxatus. Hiſtorici veteres* non curioſi verborum. *Notatur Sigonius.* Repetitiones Livio *non inuſitatæ. Hiſtorici multa*, quæ debebant, *non commemorarunt. Petitio Flaviorum.* Fluctuantes in religione, *ritu Aulicorum. Tales erant* Procopius, Heſychius Mileſius, & Joannes Lydius. *Cappellus* præfertur *Cloppenburgio. Utriusq; in* L. Æmilio Paullo *lapſus. Cappellus* Q. Æmilium Paullum, *malè pro*, L. Æmilio Paullo *Conſulem conſtituit*.

P*Ræſtantiſſime Dn. Magiſter:* Acceptiſſimis literis tuis

tuis reſpondere cogor ἀκηδῶς, quia mentem diverſæ cogitationes hûc illûc trahunt. Fortè nec iſtis opus eſt. Video Tibi placere Helenam tuam, nec ego rapere velim, Paridi, ut noſti, diſſimillimus. Ecquis, quæſo, diſputandi finis erit? Quum, deficientibus MSS. conjecturis, ſaltem hîc agendum ſit, eæ nunquam Te, nunquam me, deficient; fietque adeò, quod dicitur, *Thuſcum jurgium*.

De ſilentio Photii, quæ debebam, haut dixi, fateor. *Laſſa manus ſpectabat ad epiſtolii clauſulam*, ut ita cum *Seneca* * loquar. Tu feciſti, quod Oratores facere jubet *Cicero*, ** & argumentum fortiſſimum validiſſimumque conſtituiſti in prima acie. Nondum tamen (quod pace tua dicam, *mi*

* Epiſt. XXVI. ** II. De Orat. 77.

doctiſſime SNELLI) plenè perſuades, ut credam, Joſephi locum in codice, quem Photius excerpſit, haut extitiſſe.

Primò notabis *interruptam Photii lectionem.* Quum excerperet libros belli Judaici, & alterum ſuppoſititium de Univerſo, nondum erat ad manus volumen Antiquitatum. Cur enim aliàs interpoſiti eſſent autores XXVII? Hinc illa, ut opinor, calidior ratio: *Quia CHRISTI nimis honorificam mentionem facit hic liber, non eſt Joſephi.* Aliter reſpondiſſet, ſi libros Antiquitatum habuiſſet junctos. Noſti tumultuarias eſſe id genus Ἐκλογὰς, & has quidem in aliena terra, dum Legati munere fungitur, ſcriptas. Multa levi brachio manuque transmiſſa, quod ea Taraſium jam ſcire crederet, fate-

fatetur ipſe. Accuratior fuiſſet ἐν ἐπιτομαῖς, quarum guſtum nobis dedit in *Philoſtorgio.* Conjectura hæc eſt, inquis, alga vilior. Eſto vel re viliori vilior. Interim Codex CCXXXIIX. ſuſpicionem mihi facit, teſtimonium illud de Salvatore Photium in eo reperiſſe. Ita cædem Joannis Baptiſtæ, paſſionem Chriſti, & præcipuè Jacobi lapidationem narrat; ut Joſephi filium ſecutus videatur. Adiniſcet, neſcio quo jure, ſua, & inter hæc fortaſſe nativitatem quoque Chriſti; de qua in Joſepho noſtro ne γρῦ quidem. Abſolvam me (tædet enim plurium) & quod ſentio, dicam; & quantum decet, largiar. Videri poteſt Photius, ſuſpectum habuiſſe teſtimonium Joſephi; nec tamen auſum reſiſtere aliis nudis ſuſpicionibus inductum. Hinc ita

rem ſimul & poſteritatem intricavit, ut neſciamus, illane tota ipſius ſint, an ex parte Joſephi? *Simul cenſuræ ſuæ proſpexit Cod. XLIIX.* Quod ſi adhuc urges, inſtas, invadis, facies ut incaleſcam; &, poſita virginali verecundia convertam in Te horribilem machinam tuam: *Quia Photius obſcœnam illam narrationem ſilet, quam immittere vultis Joſephi textui, ſomnium eſt, & Nævii butubata.* Hoc argumentum credo me faciliùs probaturum doctis.

Secundò, videtur Tibi luxatus etiamnum locus. Concedis hiſtoriam Paullinæ inſertam ideò, ut pateret cauſa pulſorum Ægyptiacorum ſacrorum; cui parem aliquam narrationem nuper quærebas in ſuperioribus, mihique adeò præbebas occaſionem longiùs

giùs à Te recedendi. Conjecturam etiam meam firmas ex Euſebio. Nihilominus diverticulum de Chriſto nimis moleſta res eſt. Impoſtorem, qui aſſuit, non fuiſſe plumbeo ingenio cenſes; & tamen in nexu & verbis deprehenditur ut ſorex. Sed, quod caput eſt, indigna *Græco Livio* (ita Joſephum appellavi ex *Hieronymo*) repetitio: *Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ, &c.* Et mox: *Καὶ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, &c.* Miror, Te tàm delicatos, tamque verbûm ubique curioſos putare Hiſtoricos veteres! Ipſum *Joſephum* conſule *libr. XX. Antiqv.* & habebis in uno *cap. 6.* repetita eadem verba: *Ἀφικνεῖται δέ τις*, inquit, *ἐξ Αἰγύπτου κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον.* Et poſt non multas lineas: *Κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ὁ βασιλεὺς Ἀγρίππας, &c.* Non dubito, quin

& alia ſint, ſed non otium mihi colligendi. In Romanorum Livio quondam *Sigonius* aſpernatus eſt, non quidem ſimilem, repetitionem tamen. Unum eundemque, dicebat, quis credat iterum iterumque *Prætorem Urbanum* appellari? Sed docuit ætate noſtra *Gronovius* ad *Livii libr. XXXIII. c. 21.* non eſſe Livio inſolentes id genus repetitiones. Profectò ita res eſt. Sæpiùs in Auctoribus fruſtra regnum exercent logodædali. Liberiores illi ſunt, & in anguſtioribus occupati verba jungendi, ut ita loquar, & ſimilia inſuper habent. παρεκβαλικοὶ quoque λόγοι diverticula paſſim magno numero. Remittis me ad Cappellum, ut illi reſpondeam. Ni fallor, illud eſt, quod æſtimas: *Si Joſephus ita de Chriſto ſcripſiſſet, meminiſſet etiam nativitatis, &c.*
Iterum

Iterum dico, abeſſe debet à lectione Veterum hic rigor. In hiſtoria Romana quanta multitudo eorum, quæ debebant, nec memorata ſunt! Homines ſunt, & bibunt aliquando de flumine Lethes. Tàm varia, tàm multa mentem obruunt. Nec omnia ſtatim ad inſtitutum faciunt, etiamſi in animo ſint. Quàm leve eſt, quod ex odio in Chriſtianos & Salvatorem noſtrum ſiluiſſe putat cædem infantum Bethlehemiticorum? Potuiſſet cædem commemorare, ſuppreſſa cauſa, quam apud Evangeliſtam legimus. Quàm falſum in tota hiſtoria Joſephi nec volam nec veſtigium extare de diſcipulis Chriſti! Tollat illud de Jacobo, ſi poteſt. Atque hæc ad *binas conjecturas* tuas. Intelligis, ut opinor, nihil hîc firmiter concludi. Sinendus igitur locus

Digitized by Google

locus intentatus, ut nos jubent, qui emendandi regulas tradiderunt. Si Mſs. codices indicaverit *D. Major*, vel alius, dabo victas manus. In iſtis potiſſimùm ſitum eſt. Sine iis tota noſtra diſputatio nil erit, niſi Andabatarum pugna; quoniam conjecturæ certæ & liquidæ deſunt. Expectabo lubens, dum *Jena* reſponſum veniat, ſed nec Te feſtinare juſſi.

Cetera epiſtolæ tuæ, quibus doces, Joſephum corrumpi potuiſſe Hieronymum & Euſebium erràſſe, de libris Antiquitatum incertum eſſe, an in Bibliothecam publicam ſint recepti, jam mitto. Neque etiam hîc monebo, quæ alicubi pro me dici poſſunt, & alicubi contra Te; præſertim de *Philippo latrone & parricida*, non Chriſtiano. Profectò vix tempus eſt auribus, quod ajunt, ſcalpendis. Joſe-

Joſephi perſonam quod attinet, certum eſt, non parum me detrahere autoritati, ſi conjecturam meam locum habere volo, de *petitione Chriſtianorum Flaviorum*. Hoc ſtante, cadit illud, ſincerè fuiſſe Chriſtianum: Sed eam tantùm propoſui, non recipiendam dixi. Num verò tàm abſurdum eſt, ſi dicam, modò *in mero lucis* Chriſtianæ *meridie* videri poſitum, modò in *crepuſculo?* Tales omnes, qui nutant fluctuantque. Dubia miſcent certis, progrediuntur & reſiliunt, conſtantes in levitate ſua. E veteribus Scriptorib⁹ occurrit huj⁹ comniatis *Procopius*, qui *de noſtræ religionis myſteriis ita dicit, ut ab iis modò alienus, nonnunquam rectè ſentire videatur*; quæ ſunt verba *Nicolai Alemanni præf. in Arcan. Hiſtoriam p. 10.* ubi notat, *Heſychium Mileſium* & *Joannem Lydium*

dium eadem ambiguitate lu
nec raram fuiſſe iſtiusmod
minum turbam, *Juſtiniani te*
re; & quidem *in aula Imperat*

Pro Cappelli & Cloppen
gii epiſtolis, mecum comn
catis, ago Tibi gratias. Riſ
viter, cum utrumque de *L.*
Æmilio Conſule judicanter
gerem. Magnifacio Cappe
præ Cloppenburgio: Sed
fectò hîc cœcus cœco viam.
Æmillius Paullus, quem *Va*
Max. libr. I. cap. 2. ext. 3. ſcrib
dis & Serapidis fano ſecurim pri
inflixiſſe, Conſul eſt anni 703
te Chriſtum natum 47. co
C. Claudii Marcelli. Nam *eo*
SCtum factum eſt de Serapidis Iſ
fanis diruendis, ut apertè ſc
Dio libr. XL. p. 142. In aliis a
quibus ex Paullorum famili
undi Conſules fuére, nihil r
r

rimus tale. Unde mirum in *Pighio*, tanto antiquario, cepiſſe locum Valerii de *L. Æmilio Paullo* Coſſ. A. U. 534. cujus res memorabiles omnes fusè deſcriptas habemus à Livio; ſed in eo hac de re ſilentium altum. Cloppenburgius & Cappellus falluntur, ſi quicquam ad hiſtoriam, de Paullina & pulſis Ægyptiis ſacris, à Joſepho relatam, facere putant. Ut dixi; quod Valerius ſcribit, referendum eſt ad annum 703. hoc, quod Joſephus ad annum 771. quo Conſules fuerunt M. Junius Silanus, L. Norbanus Flaccus, ſi *Tacito* credimus; vel, ſi *Joſephum* ſequimur, ad recentiores Imperii Tiberiani annos. Deinde non benè docet Cappellus, anno Imperii Auguſtæi XLIV, Conſulem fuiſſe non *L. Æmilium Paullum*, ſed *Q. Æmilium Paullum*; corruptiſ-

ſimi

ſimi fuerunt Faſti, qui hoc illum docuerunt. Imò Conſul eo anno cum C. Cæſare, Auguſti F. adoptivo *L. Æmilius Paullus*, *L. Æmilii Paulli Lepidi Cenſoris F. L. Æmilii Paulli*, qui fano Serapidis primus admovit manum, *Nepos*. Vide Inſcriptionem Neapolitanam, apud *Pighium in A. V. 753. p. 531.* & Indiculum Conſulum apud *Dionem p. 548. edit. Leuncl.* Et hæc hactenus. Benè vale, *mi chariſſime*, Dabam Altd. d. III. Decemb. A. S. cIↃ IↃc. XLVI.

Virtutum ac Eruditionis
Tuæ cultor perpetuus.

Epi-

EPISTOLA IV.

CHRIST. ADAMO RUPERTO

Sebaldus Snellius

S. P. D.

Snellius pro monſtratis erroribus gratias agit. Reſponſum à D. Majore Jena *expectat.* Codicum Græcorum *fidem explorat.*

C*Lariſſime, atq; Excellentiſſime Domine Profeſſor, Præceptor honoratiſſime:* Quæ transmiſiſti, magna cum voluptate perlegi; ac ſunt aliqua, in quibus Tibi abſentire non poſſum: adeoq; *gratiæ* à me debentur *non vulgares*, quod *errores comiter* mihi *monſtrare* dignatus es. De cæteris mentem Tibi aperiam meam, cùm *Jena* reſponſum accepero; quod pro-

propediem futurum confido. Paucas ſcripſi ad *D. Majorem* lineas, neminem nominavi; ſaltem rogitans, indicium mihi faceret iſtorum, quos laudat, *codicum Græcorum; quot, & cujus antiquitatis ſint:* & num *viſi*, vel *auditi* tantùm? Benè vale, Vir Excellentiſſime, & fave. Scribebam d. VIII. Decembr. Anni 1646.

CL. atq; Excell. Tuæ obſervantiſſimus.

EPISTOLA V.

D. THOMÆ REINESIO
Chriſt. Adamus Rupertus
S. P. D.

Joſephi teſtimonium à Patribus *pro* genuino *habitum. Communis* Criticorum Regula. *Ille* de Chriſto *judicavit* honeſtiùs. *Veterum Scriptorum* ambiguitas.

Digitized by Google

tas. *Connexio rerum oſtenſa.* Cloppenburgius *notatur.* Repetitiones *Flavio familiares.* Potiſsimum *Snellii* argumentum. *Photii lectio* interrupta. *Scriptio Eclogarum* tumultuaria. *Idem Flavius rem de induſtria implicuiſſe videtur.*

V*Ir Nobiliſſime, & Excellentiſſime, Adfinis pl. honorande:* Ad Epiſtolas Tuas * acceptiſſimas ſuaviſſimasq; nihil me per totum annum reſcripſiſſe, magno mihi dolori eſt. Quod quia tàm ingenuè confiteor, puto Tibi ſatisfactum: Tædet pigetq; veteris illius næniæ: Occupatus fui; rerum mearum is ſtatus erat, qui meliorem literarum tantùm non oblivisci coëgit - - Locum apud *Joſephum lib. XVIII. Antiq. c. 4.* de Salvatore noſtro an *γνήσιον* judicas? Quem à tot ſeculis intentatum

* *Integram in Th. Reineſii Epiſtolis, num. LXIIX. invenies, ex qua hæc de loco Joſephi excerpſimus.*

tatum reliquere Critici, & pro genuino habuerunt *Hieronymus*, *Euſebius*, *Iſidorus Peluſiota*, *Sozomenus*; & è recentioribus *Caſaubonus Exerc. II. adv. Baron. num. 2. p. 170.* Eum hodiè ſolicitarunt *Cloppenburgius* & *Cappellus*; quorum ſententiam ſecutus eſt *M. Sebaldus Snellius*, juvenis doctiſſimus, Alumnorum Noricorum Inſpector, in *Examine Abravanelis, num. 27. & ſeqq.* Miſi hîc *Examen*: ſed deſunt quædam, nondum impreſſa, quæ accipies alio die. Suaſi ego, ſequeretur potiùs communem Criticorum regulam, *nihil eſſe corrigendum, expungendum, infarciendum; niſi vel MSSti veteres boni fidiq; addixerint, vel conjecturæ claræ, liquidæ, certæ ſint.* Addidi, non eſſe mirum, Joſephum de Salvatore noſtro judicaſſe benigniùs, qui Johannis Baptiſtæ *l. eod. c. 7.* & Jacobi,

Digitized by Google

cobi, fratris Jeſu Chriſti, *lib. XX. c. 8.* honorificam mentionem fecerit. Et quamvis hîc in mero meridie lucis Chriſtianæ videatur poſitus, alibi tantùm in crepuſculo; non id illum turbare debere. *χαλεπὸν εἶναι μεταδιδάσκειν.* E Scriptoribus veteribus ſimili ambiguitate luſiſſe *Procopium*, *Heſychium Mileſium*, *Joannem Lydium*; de quibus *Alemannus Præf. in Arcanam Hiſtoriam, pag. 10.* Argumenta denique *Cloppenburgii* & *Cappelli* nimis eſſe invalida. Videri enim omnia in *d. c. 4.* quàm optumè inter ſe devincta, nuſquam hærere vel diffluere auctorem. Cum narratione ſuperiori de Judæorum clade *pulchrè connecti*, quæ paullò poſt narret de iiſdem Roma pulſis: *Paullinæ hiſtoriam* inſertam ideò, ut pateret *cauſa pulſorum Ægyptiacorum ſacrorum*; quorum for-

tunam cum Judæorum calamitate ſimiliter jungant *Tacit. lib. II. Ann. c 85 §. 4. Sueton. c. 36.* Ineptè negotioſum eſſe *Cloppenburgium*, qui comminiſcatur aliam connexi rationem. Nihilominus ille retinet Helenam ſuam. Indigna Joſepho, inquit, repetitio: Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ, *&c.* Et mox: Καὶ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους. Reſpondi, fruſtrà hîc regnum ſuum exercere Logodædalos. Ipſum *Joſephum lib. XX. c 6.* legere juſſi, ubi bis eadem verba, non multis interjectis lineis. Potiſſimum eſt, quod urget ex *Photii Cod. XLIIX.* Si Photius *librum de Univerſo* non credit eſſe Joſephi, quod nimis clarè loquatur de Joſepho; fit conſequens, teſtimonium illud *lib. XIIX. c. 4.* in Codice non reperiſſe. Colligit etiam nonnihil è *Cod. XXXIII.* ubi

Pho-

Digitized by Google

Photius notat Juſtum, quod communi Hebræorum nihil dixerit de Chriſto. Sic igitur concludit: *Si Photius inveniſſet apud Flavium aliquam de Chriſto mentionem, utiq; collaudaſſet ingenuam in hoſte quoq; virtutem; uti contrarium in Juſto illo vituperat.* Reſcripſi, notandam in Photio *interruptam lectionem.* Cùm excerperet *libros belli Judaici,* & alterum ſuppoſititium *de Univerſo,* nondum ad manus fuiſſe *volumen Antiquitatum.* Cùr enim aliàs interpoſiti eſſent auctores XXVII? Hinc illam videri calidiorem rationem: Quia Chriſti nimis honorificam mentionem facit hic liber, non eſt Joſephi. Aliter reſponſurum, ſi libros Antiquitatum contuliſſet unà. *Tumultuarias* eſſe has ἐκλογὰς, & *in peregrinatione* ſcriptas: accuratiorem futurum fuiſſe ἐν ἐπιτομαῖς,

 qua-

quarum guſtus ſuperſit in *Philoſtorgio.* Spreto hoc reſponſo, dedi aliud, *Codicem CCXXXIIX.* ſuſpicionem mihi facere, teſtimonium de Salvatore à Photio lectum. Ita cædem *Johannis Baptiſtæ, paſſionem Chriſti*, & præcipuè *Jacobi lapidationem* referre, ut Joſephi filum ſecutus videatur. Admiſcere quidem alicubi ſua, atque ita rem implicare, forſam de induſtria; ut conſulatur iis, quæ ſcripſerat *Cod. XLIIX.* Hæc, & alia multa, inter nos dicta, ſcripta, quæ valdè rogo ut cenſeas. Viden', quantum de humanitate Tua mihi pollicear? - - Benè vale, *Vir Nobiliſſime*, mihiq; favere perge. Scr. A. 1646. XVI. Decemb. ob parentis mortem jam ab anno 1623. furvo, & inauſpicato. Ignoſces igitur, ſi quid à me ſcriptum ſecus.

Epi-

EPISTOLA VI.

CHRIST. ADAMO RUPERTO

Thom. Reineſius S.P.D.

Teſtimonium hoc à variis ſolicitatum. *Joſephus æquè ac Pilatus Chriſtum* τὸν λεγόμενον *vocarunt. Vanus* Oſiandri *metus. Photium* recentiorem vetuſti *prævalent. Photius in Excerptis haud rarò à Joſepho* abit in hiſtoria N. T. *Photius ea* infarcit, *quæ in Joſepho nuſquam inveniuntur.*

ADfinis *ſuaviſſime*: Meritò habuiſti fiduciam animi mei, cùm mihi ſatisfactum exiſtimas de tàm diuturno ſilentio ingenua confeſſione, quam amplector. Procul habeo omnia, quantum ad Te, quæ ut malè ſu-

ſpicentur, irritare ſolent homines, & angere. Redditæ mihi ſunt tuæ, etſi ſeriùs; altero nimirum menſe, ex quo ſcriptæ eſſent: nihilo tamen minùs plusquàm gratiſſimæ ob deſiderium, quod auxerat cunctatio. - - Teſtimonium, quod *Fl. Joſephus l. XVIII.* Ἀρχαιολ. *cap. 4.* Servatori noſtro perhibuit, non hodiè primi ſolicitârunt *Jac. & Ludov. Cappelli*, & *Johannes Cloppenburgius.* Nam & *L. Oſiander Cent. I Hiſt. Eccl. lib. II. cap. 7.* à ſciolo quodam; & *Hub. Giſanius JC.* teſte *D. Seb. Lepuſculo in Epiſt. ad M. Severinum Ertzbergium*, Ord. Philoſ. Decanum ſcripta *Baſileæ A. 1559. d. 24. Febr.* à Chriſtiano quodam Patre inſertum eſſe exiſtimârunt. Etiam *Rich. Montacutius in Var. Lect. & Notis ad Euſeb. lib. III. Demonſtr. Evang.* iſta apud Joſephum verba: ὁ Χρι-

ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν, è gloſſemate & marginali annotatione lectoris Chriſtiani irrepſiſſe: cui neque hoc adſentior. Cur enim Joſephus Judæus de gentili ſuo Jeſu, quod *vulgò haberetur pro Chriſto* (ſic enim etiam *lib. XX. cap. 8.* Jacobum fratrem ἰησοῦ τοῦ λεγομένου χριστοῦ appellat, quæ Verba *Photius* non expreſſit, ſatis habens ἀδελφὸν κυρίου, cùm ore tamen Joſephi loqui videri vellet, nominâſſe) dicere non poterat; cùm Pilatus multò à Chriſto alienior, & cum invincibili Meſſiæ ignorantia Ιησοῦν τὸν λεγόμενον χριστὸν, *Matth. XXVII, 22.* ſonuerit? Uterque nimirum ex opinione hominum tùm vulgata locutus eſt; & propterea metus vanus eſt, quo cruciatur *Oſiander*, ne, ſi Joſephum ita ſcripſiſſe aſſeramus, Chriſtianum fuiſſe ipſum nos dicere o-

porteat. Sentin' acumen viri? Imprimis autem futile eſt, quod à Photio negativè contra Te argumentari auſus eſt *M. Snellius*, qui de eo ſatis reſponſi abs Te ex intima Photianæ πραγματείας, & inſtituti excerpendi autores ratione accepit; & cedere igitur debet, ſi eſt εἰρηνικὸς, ἐπιεικὴς, εὐπειθεὶς, quales facit ἡ ἄνωθεν σοφία, *Jacob. III. 17.* Unum *Photium* recentiorem tot vetuſti, puto, prævalebunt. Ipſa Excerpta Antiquitatum Joſephi, quæ *Cod. CCXXXVIII.* exhibet, quota quæque particula ſunt diffuſi operis? Et quis fidem ejus, è Joſepho non alia plura excerpſiſſe, vel excerpturum fuiſſe, ſi integrum opus inſtituiſſet ἀνακεφαλαιῶσαι, *Photium*, nobis facere poterit? Quantum *abierit à Joſepho*, cuivis contendenti obvium eſt; *præſertim* in illis, quæ *Novum*

fœdus,

fædus, & *Hiſtoriam Evangelicam Apoſtolicamq́;* attinent. Infercit *fol.* *976*. de Jacobo, decollari juſſo ab Agrippa; & de Petro, quem Joſephus ſcilicet κορυφαῖον τῶν μαθητῶν indigitaret, ad ſupplicium rapiendo: quæ *Act.XII.* leguntur, in noſtris Joſephi exemplaribus nusquam; quantum memini. Quæ deſunt in Snellianis, ea mihi curabis; & ſi quæ præterea edentur hujus generis. Aveo etiam legere Cl. Hackſpanii notas in R. Lipmanni Nizachon. Τὸ לתרבות רעה in *th.39.* velim mihi interpretetur *M. Snellius*, &c.

Nota: Integra epiſtola, quæ apud Reineſium extat *num. LXIX.* poſt obitum B. Ruperti Altdorffium fuit allata, dataq́; d. XII. Maij, cIↄ. Iↄc. XLVII.

EPISTOLA VII.

D. THOMÆ REINESIO

Sebaldus Snellius

S. P. D.

Reineſii judicium de ſilentio Photii *probatur.* Oſiander *defenditur.* Hieronymi *exemplar* cum noſtris *non convenit. Scrupulus*, defenſionem Montacutii *concernens.*

IN judicio tuo, *Vir Excellentiſſime*, de ſilentio Photiano circa locum Joſephi ingenuè acquieſco. Hoc unicum quærere liceat, quomodo non rectè inferat *Oſiander*, ſi ita ſcripſiſſe Joſephum aſſeramus, ſicut noſtra habent exemplaria, Chriſtianum feciſſe ipſum dicere nos oportere, ſive, *ut ego loquor*, Chriſtianiſmum

mum illud teſtimonium plenis velis invehere? Neque enim noſtra exemplaria, quod ſciam, legunt, Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστὸν, quomodo ſanè *S. Hieronymus* præter alios, quos attuli, *Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum*, in Joſepho allegat; ubi nihil diceret Oſiander: ſed, ὁ Χριστὸν οὗτος ἦν, &c. quod contra *Montacutium* defendis eſſe genuinū. Huncut mihi *ſcrupulum* eximas, valdè oro. Apponam verò etiam verba *Dn. D. Majoris* è literis, quas ad me dedit, &c. Altdorffi, d. VII. Jul. A. S. cIↄ.Iↄc. XLVII.

EPISTOLA VIII.

M. SEBALDO SNELLIO

Jo. Tob. Major D.

S. P. D.

Joſephi Codex MS. in Academia Cantabrigienſi. *Locus ipſe* ſuſpectus. *De Notis Snellianis* in Abarbanelem. *Illius* judicium.

VIr *Clariſſime & eximiè Docte, fautor & amice honorande!* Citiùs equidem ad quæſitùm tuum epiſtolicum reſpondiſſem, ſi per occupationes multas licuiſſet. Nunc jam occaſionem nactus ſat commodam ſignifico, me *ad Acta* loqui, non de Codicibus impreſſis, ſed manu exaratis; quorum copiam mihi aliquando fecit Vir amiciſſimus, *Abraham Whe-*

Whelocus, Bibliothecarius Academicus Cantabrigienſis, & tùm temporis, cum Angliam peragrarem, *Profeſſor Linguæ Arabicæ.* Eos recentiſſimè ex Oriente allatos, cum de his talibus confabularemur, juxta cum aliis cimeliis ſat pretioſis, pro ea, *qua exteros proſequebatur*, adlubentia & prothymia, mecum communicabat: Ex eo *dubium* mihi, & *ſuſpectum* uſque viſum fuit teſtimonium illud incomparabile, quod Joſephus Salvatori noſtro dediſſe *vulgò creditur*; donec in ſcripta adverſaria *L. Cappelli* & *J. Cloppenburgii* incidiſſem, qui *me non parùm confirmârunt*. Ceterum ad rem ipſam quod attinet, video Te illis eſſe ὁμόψηφον *in notis ad Abarbanelem* eruditiſſimis, quas ſumma cum jucunditate & aviditate perlegi, ultimam manum abs Te non tàm

expectans, quàm efflagitans. Ita enim Te *genuinum pullum* Viri & amici mei *Hackſpanii* oſtendes, quem, niſi grave fuerit, ſumma ſalute meo nomine imperties, & ex voto valere jubebis. Sed & Tu Vir Clariſſime! bene vale, & de amore reciproco nequicquam dubita. E Muſæo Jenæ, d. XXI. Febr. cIↃ. IↃc. XLVII.

Claritatem Tuam
ſincerè amans æſtimansq́;

EPISTOLA IX.
M. SEBALDO SNELLIO
D. Thomas Reineſius
S. P. D.

Oſiandri *collectio claudicans.* Pilatus eadem *dixit, quæ Joſephus.* Montacutius *pro* gloſſemate *habuit iſtam pericopen.* Fidem D. Majoris *poſcit, in citatione MSS.*

MSS. Fidei *Codd. manuſcriptorum* latitudo. *Verba* D. Lepuſculi. *Etiam* Giſanio *locus is videbatur* ſpurius. *Scriptores veteres quomodo cenſendi? Joſephus,* ita de Chriſto ſenſiſſe, *defenditur. Hac* περιοχὴ, Judæorum *malitia, in* Ebræo ſcilicet *Codice* abraſa. *Caſaubonus in hoc non credit* Baronio. *Hunc excuſat* Reineſius.

TArdius, quàm oportebat, & quàm volebam, Tibi reſpondeo, *mi cariſſime SNELLI.* Morbus qui me lecto affixum aliquandiu detinebat, & curarum, cùm paullum convaleſcere viderer, continuus æſtus fecit, quò minùs, quod deſtinâram, exequi poſſem. Ignoſce igitur; nihil quidem Tibi deerit apud me, qui amare conſtanter ſoleo, & quemvis ſolvendæ amicitiæ ſemel initæ prætextum execror. Circa Joſephi teſtimonium de

Sal-

Digitized by Google

Salvatore noſtro Te admittere tandem, quod verum eſſe judicarunt docti, contra negantes, id verè eſſe Joſephi, bonum factum. *Oſiandri collectio* ideò claudicat, quia è male intellecta ῥήσει Joſephi procedit, ὁ χριστὸς οὗτος ἦν: *Hic erat Meſſias ille, quem tùm appellabat vulgus.* Hieronymus: *& credebatur eſſe Chriſtus.* Hanc mentem Joſepho fuiſſe, patet è *cap. 8. lib. XX.* ubi Dominum vocat Ἰησοῦν. τὸν λεγόμενον Χριστὸν, quod ſanè minus eſt, quàm ſi dixiſſet τὸν ὄντα, vel ὄντως χριστὸν: Idemque planè dixerat Pilatus *Matth. XXVII. 22.* & tamen nondum auditus fuit, qui propter iſta verba eum fidelium numero aggregaret; reliqua in hanc rem legiſti in *Epiſt. ad Rupertum b. m.* mea. *Montac. p 2. b. Not. ad Euſebii libr. III. Dem. Evang.* textum Joſephi αὐτοῖς ῥήμασι quibus

bus & *Hieronymus*, *Iſidorus Peluſio-ta lib. IV. cap.* 225. *Zonaras*, *Suidas*, recitantem ita : ὁ Χρηςὸς ȣ̃τος ἦν: *procul dubio*, inquit, *gloſſema eſt*, *& marginalis cujusdam Chriſtiani lectoris annotatio, licet habeatur in ſcripto Codice, & in Joſepho.* Viden', eum *ſibi contradicere*, dum dubitat ſine gravi cauſa de re, quam in Cod. Mſs. & excuſis extare noverat; quod nihil aliud, eſt, quàm ἄρκτȣ παρȣ́σης, ἴχνη ζητεῖν; vel cum habeat patentem januam, latentem rimam quærere. *Dn. D. Majorem*, dum hiſtoriam illam *encomiaſticam* in quibusdam Codd. Græcis non comparere ait, fortaſſis fefellit memoria; neque poteſt indicare, quinam illi, quot, apud quem, & quando ſibi viſi? quod fateri ſatius puto fuerat, quàm quod in-

ad-

advertenti & properanti exciderat, incruſtare tali adſertione, cui nemo ſine alio teſte credet. Admirabilem ſolertiam hominum tegendis erroribus, ſæpè etiam fraudibus ſuis, ſubinde deprehendere eſt. Si autem in Anglia vidit ejusmodi Codices Joſephi, qui eam particulam non habebant; proximum erat, & negotio, quod agebat, & ingenio ejus, qui libenter ſolet prædicare, quid apud exteros viderit audiveritque, conveniebat, ut diſertê de viſis ſibi ejusmodi manuſcriptis *ex Oriente* allatis *in Angliam*, qui in iſta narratione diſſentirent à noſtris, exprimeret. Quod cum non fecerit in ſcripto publico, quî ſuccurrit ipſi rei notabilis memoria tandem, cum Epiſtolam privatim ſcriberet equidem, & non adeò longo intervallo? Imò cum XXI.
Febr.,

Febr., ut ais, iſta ad Te ſcripſerit, menſe verò demum Majo ejus *Exegemata Loc. Diff.* Πεϱιξαπ. prodierint, quomodo ejus, quod menſe ſecundo cum tot circumſtantiis ſciebat, menſe quinto oblitus eſſe potuit? Mihi ita hebes ſum, iſta videntur ἀσύγκλωτα, & propterea ἀπέχω, dum aliunde ab iis, qui iſtos *Codices Cantabrigiæ* etiam ipſi inſpexerint (neq; enim rarò commeant eò docti, præſertim Belgæ) ſcilicet quod *D. D. Major* ſibi perſuadere voluit, re vera ita habere edoceatur. Qui ad Manuſcripta provocant, vel ſe talibus uſos jactant, ii ſi neminem præterea alium conſcium eorum oſtendant, cujus teſtimonio fidem ſuam adminiculentur, merito ſuo ſunt incredibiles. Imò etiam *fidei Codd. manuſcriptorum latitudo quædam eſt*, eoque non niſi cum

cum ſumma accuratione & cautelosè recipi debet. *D. Lepuſculi verba*, quæ deſideras, hæc ſunt: *Hub. Giſanius JC. omnium diſciplinarum & antiquitatis ſtudio ornatiſſimus, exiſtimavit, hunc locum eſſe ſpurium; & à Chriſtiano quodam Patre, qui Judæis ſimul & Chriſtianis factum vellet, interpoſitum: ſed hoc pacto, ſi cenſere veteres Scriptores volumus, ecquid tandem erit, quod non in dubium vocare poſſimus? Et nimis eſt temerarium, contra omnes libros veteres ſtare, quem Judæi vel maximum putant. His igitur, qui etſi Græcè hæc ſcripſerit, Judæus tamen fuit, paternarumq́ traditionum acerrimus æmulator; niſi ea, quæ per Prophetas illi de Meſſia prænunciati fuerant, rectè intellexiſſet, neque de Chriſto tàm benè ſenſiſſet; neque ea, quæ de ipſo dixerant, tàm bona fide retuliſſet. Quare neque dubium eſt, qui hæc de eo Græ-*

eo Græcè ſcripſerit, quin alia quoque longè plura, Legem & Prophetas exponens, Ebraicè ſcripſerit; cum ipſe utramq; linguam optimè calluerit, & ſacris literis ab ipſis incunabulis incitatus fuerit. Unde & credi quoque par eſt, alios etiam plurimos præter eum iisdem temporibus extitiſſe, qui de Domino Jeſu Chriſto rectè ſenſerint, & Prophetarum vaticinia explanantes vera de eo ſcripſerint. Hactenus ille. Cum *Giſanio* eadem ſentit *Jac. Cappellus Comment. in Acta App.* cujus verba penè eadem ſunt cum iis, quæ Major l.d. è *Lud. Cappelli Comp. Hiſt. Jud. p. CX.* refert. Illam ipſam περιοχὴν è *Codice pervetuſto Judæorum* dum Romæ requireretur, *abraſam* inventam fuiſſe, adſerit *Baron. Tom. I. f. 214. edit. Plantin.* adeoq; nullam ad excuſandum ſcelus potuiſſe adferri defenſionem, cum membrana

brana ipſa id exclamare videretur; quod *Cornelio à Lapide* in certamine cum Judæo, cujus meminit *Comm. in Acta p. 9.* non ſuccurriſſe, mirum videri poteſt. *Caſaubono* relatio Baronii non probatur, quod nuſquam extent libri Ἀρχαιολ. à Joſepho Hebraicè ſcripti. Atqui neque id dixerat Baronius, ſed hoc: Codicem quendam Ebræum Joſephi apud Judæos fuiſſe repertum. Et probabile valdè eſt, à Judæo quodam, uno ex iis, qui primo ſecundove Eccleſiæ ſeculó plurimi Chriſtianiſmo nomen dedére, verſionem Ebraicam è Græco Joſephi eam, in qua teſtimonium ſæpè laudatum legebatur, elaboratam fuiſſe; quam gentiles ejus, βαθεῖς Ἑβραῖοι, in quorum manus devenerat, mutilatam iſto membro de Chriſto conſervârunt, & circum tule-

tulerunt: ἀλλ' ἅλις δρυός. - - - CL. HOFMANNUM, cum familia, meis verbis amantiſſimè ſaluta; amorem verò tuum mihi perſevera, *mi optime SNELLI*. Scrib. Altenb. prid. Cal. Febr. ANNO cIɔ. Iɔc. XLIIX.

EPISTOLA X.

CHRISTOPHORO ARNOLDO

Sebaldus Snellius

S. P. D.

Snellius apologiam *meditatur*. Gentius *de ſcriptis* Karaitarum *edendis admonetur*. Menaſſis Ben Jſraël *de doctrina Chriſti* effugium. *Reſponſum theologicum ad* Remonſtrantis *cujuſdam* argumentum, *de Filii deitate. Egregia* Snellii *de fide ſua in Chriſtum* confeſſio. *Auguſtini precatio*.

Salve

SAlve plurimùm, *mi Amantiſſime Dn. M.* Eſt omninò, cur impenſè gaudeamus, nobisque gratulemur mutuò de valetudine commoda; quam utriq;, quin noſtris, atque adeò omnibus perennem ipſe jubeat Altisſimus! Memini, cum ſerenitatem ejus, qua nunc per DEI gratiam utor, in tempeſtate mea prædiceres; quodſi igitur aliquid Tibi evenit, quod me olim non vanum fuiſſe augurem oſtendit, id quoq; ſit mutuum: Pergamus autem officiis, amore, ac precibus fovere cæptam feliciter amicitiam. Vidi *tuum panegyricum*, & pro transmiſſo exemplo ago gratias; probo maximè inſtitutum, bonum factum. Iter tuum *in Angliam* fortunet benè Chriſtus! Certumne verò id Tibi eſt, & nihil deterret belli eas, oras depaſcens flam-

Digitized by Google

flamma? Denuò Te rogo, *Chariſſime Dn. M.* ut, ſi Tibi ſuppetunt loca *Heinſii* & *Gronovii*, eorum mihi facias indicium; videbo, ubi tandem nanciſcar dictos Autores. Nam *D. Major in Acta* meam ſententiam ad *diſp. Abravanielem* impugnavit. Allegata, inquam, tantùm deſcribe; verba ipſa non peto, fortè pluſcula. De *Schiedamenſi* Tibi planè aſſentior *virgine*. Noſter *Dn. Hackſpan* plurimùm Te ſalvere jubet, ac lætatur ob *Menaſſis* librum *in Prophetas*, quem ſcribis ſub prælo eſſe; etiam ob alterum *Gentii*, quem vult, ut ſalute impertias, dicasq;, *Hackſpanium* orare, ut maturet editionem unius vel alterius è *Caraitis*; quos ſibi eſſe manu deſcriptos, ac ſe publicaturum eſſe, coràm aſſeveraverat. Etiam *Perſici operis* mentio eum delectavit. Memini, *mi*

Dn. Magiſter, Te nuper illi Noſtro ſcribere, Menaſſen venum proponere libros Judaicos. Quæſo, ſi ita habet, & Tibi ſuppetit occaſio, vide utrum mihi acquirere poſſis, & quo pretio aliquos, v. c. *Jalkut*, *En* & *Beth Iſraël*, *Midraſch Tillim*. Si pretium eſt tolerabile, perſcribe; & videbo, quid fieri à me poſſit. *Utinam eum virum nobis accedere contingat*! Intellexi quoque *effugium*, quo uſus eſt apud Vorſtium *de fæminis*. Sed quid diceret ad *exemplum Pauli*, certè primò perſecutoris, non amici, *I. Cor. XV, 8*. Tandem ad argumentum tuum ita reſpondeo: Si τὸ ῥητὸν ſpectas, nec Pater, nec Spiritus S. dicitur uſpiam, quod ſciam, *à ſe Deus*. Falſa eſt igitur hoc modo major. Si τὴν διάνοιαν, ſive rem ipſam, neganda eſt minor. Nam dicitur Filius apertè *Deus*

tè *Deus verus*, *I. Joh. V, 20.* Unde argumentum: *Deus verus eſt à ſe ipſo, Chriſtus eſt verus Deus, E. Chriſtus eſt à ſeipſo.* At, inquis, Chriſtus ſive, *Filius DEI eſt à Patre.* Quomodo ergò *à ſe ipſo?* Utrumque verum eſt, quia utrumque dicit Scriptura: Hoc, quod ſit *à Patre*, quia *Filius* eſt: Illud, quod ſit *à ſe*, quia Deus verus eſt, non ſecus ac Pater & Spititus S. Imò hi tres, ſive, hæ tres perſonæ, ſunt *unum*, hoc eſt, *una eſſentia* divina, *l. cit. v. 7.* Vide autem, *mi Dn. Magiſter*, de diverſa termini metaphyſici, *à ſe*, acceptione; quæ eleganter docet noſter *Scheiblerus Tom. I. Metaph. c. 21. num. 22.* Quæ huc recidunt, *Filium eſſe à Patre*, ut principiatum à principio; non ut dependens aliquid, vel cauſatum, aut effectum, aut creatum ab independente, cauſante, efficien-

te, vel creante: Hoc enim ſenſu ipſe Filius, æquè ac Pater, & Spiritus S., eſt ens independens, hoc eſt, à nullo cæterorum finitorum & creatorum entium; ſed à quo ipſa potiùs omnia dependent, producta & creata ſunt. Hæc, *mi Chariſſime Dn. Magiſter*, judico vera, & verbo DEI conſona; quod ſecutus, & fœderis in baptiſmo initi memor, & *ſiſtens mihi* in cogitatione *hiſtoriam Servatoris* noſtri, *in Jordane* tincti, *Matth. III.* hunc Deum meum adoro, ipſi gratias ago, confido; pro viribus, quas largitur, obtempero; quin vivum ac mortuum me commendo, cum *Auguſtino* ingeminans, ad quemvis horæ pulſum: *Te Deum Patrem ingenitum, Te Filium Jeſum Chriſtum unigenitum, Te Spiri-*

Spiritum S. paracletum, ſanctam & individuam Trinitatem toto corde & ore confiteor, laudo atque benedico: Tibi ſit gloria in perpetuum! In hoc Domino ac Deo noſtro vale feliciter, *Amantiſſime Dn. Magiſter,* & mei in precibus tuis perge eſſe memor. Adverſus tentationes ſcribam Tibi breve verbum: *Lege ac meditare divinam Scripturam, & ora! Epheſ. VI, 16, 17, 18. II. Timoth. III, 16.* Hoc ſenſi optimum remedium. Iterum vale, *mi Chariſſime.* Altdorph. d. 26. Sept. An. 1650.

Digitized by Google

EPISTOLA XI.
M. SEBALDO SNELLIO
Chriſtophorus Arnoldus
S. P. D.

Heinſii, Gronovii, Boxhornii, Salmaſii, Vorſtii *de hoc teſtimonio judicia. Anonymus Scriptor, Hiſpanus, etiam pro ſpurio agnovit.* Voiſin *ſequitur* Hieronymum. *Judicium* D. Cocceji laudatur. Mira *Chriſtianorum* dubitatio. *Joſephus* titubans. *Additamentum iſtud* nimis abruptum. Ἀνὴρ. אנשים. *Sibyllina Oracula cum hoc loco comparantur. Pſeudo-Gorionides à Flavio planè diverſus.* R. Menaſſe Ben Iſraël *utrumq;* pro uno *habuit.* R. David Ganz *in Tzemach eundem laudat, quem* R. Abravanel *vituperat. Spes verſionis Miſchnajoth.* Conciliatoris partes quatuor, *in lingua Luſitanica.*

Debeo

DEbeo ſanè reſponſum amiciſſimis tuis, *Vir Clariſſime*, quas a. d. xxvi. m. viibr. ad me dediſti; ſed variis impedit⁹ negotiis, illud citiùs exſolvere haud potui. Loca nempe *Heinſii* & *Gronovii* deſideras, quorum copia mihi non ſuppetit; neq; alia ſcio, quàm quæ uterque in colloquiis ſubindicarunt: Fraudem ſcilicet non tectam, neque obſcuram eſſe, ſed exploratam ſatis, apertamque; nexum illorum (quæ Joſepho tribuuntur) verborum omninò diſparilem videri, ac planè disſolutum, divulſumq; Pro pia veterum Chriſtianorum fraude eundem Joſephi locum *Boxhornius* dudum apud me habuit, & (ceu dixi) *Gronovius*; cujus ſententiam è literis, quas jam expecto, brevi fortè intelliges. *Vorſtius* interpolatam Hiſtorici fidem in hoc

accuſat, quòd ſcilicet non ſenſim ſine ſenſu, ſed *ex abrupto* magnificam Servatoris laudem fictis verborum lenociniis extollere incipit. *Salmaſius*, ὁ πάνυ, Oraculorum Sibyllinorum veritatem cum hac ipſa περικοπῇ comparavit, licet hæc verba in MSS. codicibus obſervaſſet. Hinc idem cum *Salmaſio* ſtatuit *Vorſtius*, eamq; lectionem *fucoſorum*, hoc eſt, *poſteriorum ſeculorum* eſſe, contendit. Extat præterea liber ἀκέφαλος, ab *Hiſpano* quodam Latinè ſcriptus; duas continens diſſertationes: *alteram* quidem de nomine JESU, *alteram* verò de hoc Joſephi loco, cujus fraudem ex antiquitate & ordine Patrum ſatis fideliter detexit; ceu ſummus Vir ille, *Theod. Graſvvinckelius*, nuper *Hagæ Comitis* cùm eſſem, primùm ſignivicavit. Librum Hiſpani non-

dum

dum vidi, cujus ſententiam (hoc eſt, dolum ſubeſſe) aſſenſione approbavit Vir doctiſſimus.

Sunt & viciſſim, quibus ſincerum ac ſanum prorſus videtur teſtimonium Joſephi, eò quod *Hieronym⁹ in lib. de Vir. Ill.* id ipſum rectè obſervaverit. Hac motus ratione *Joſephus Voiſin in Diſput. Theolog. Orthod. de Sanctiſſima Trinitate, adverſus diſceptationem Hæretici Antitrinitarii* (cui *Slichtingius* in notis ſuis ad concionem *Georgii Vechneri*, ob argumenta quædam Rabbinico-Targumica haud ſanè abſimilis, ſi non unus idemq́; , eſt) *Anonymi* ſic explodit *§. XI.* ejusdem conſequentiam hunc in modum: *Quæ eſt iſta conſequentia? Recentiores Judæi impugnant myſterium Trinitatis; ergò & antiquiores impugnarunt. Si ex Chaldæis Targumim myſterium Trinitatis erui poſſit, cur*

 nullus

nullus recentiorum Rabbinorum eo-doctrinam eſt amplexus? Conclude ergò ſimiliter: Si Joſephus ex Judæis antiquis Jeſum Chriſtum laudaverit, eumq́ſupra hominem commendaverit; cur nemo ex Judæis recentioribus ejus ſententiam amplectitur? Lib. enim Antiq. Jud. XIIX. cap. 4. hæc habet, &c. Verbis igitur (quæ quidem ex auctoritate *S. Hieronymi* eſſe credidit) ordine recenſitis, hæc tandem ſubjungit Voiſin: *Et hoc teſtimonium Joſephi rectè obſervavit S. Hieronymus in lib. de viris illuſtribus.* Sed è diverticulo ad Viros in Belgio celebres (quorum judicia cum primis à me expetis) illicò redeundum eſt. Admirandæ humanitatis Vir, jamq́; vicinus meus, *Dn. D. Coccejus* conſtanter, locum hunc eſſe ſuppoſititium, negat: Nos Chriſtiani, ait, miramur, fidei ac veritatis religionis noſtræ (quæ à

Chriſto Chriſtiana dicitur) te- "
ſtimonia apud profanos exſta- "
re Scriptores; ceu hodienum "
id genus hominum ferè ſolet, "
mirantium ac demirantium, in "
V.T. Deum toties ea eſſe locu- "
tum, quæ in N. T. repetita, "
ſalutem humanam ſpectant: "
Cauſa verò hæc eſt, quod Pro- "
phetæ pariter ac Apoſtoli non "
niſi ex Lege loquebantur. "
Quôdſi verò (pergit is) men- "
tionem feciſſet Evangeliorum, "
nulla interim Chriſti mentio- "
ne facta; tunc utique de ipſo "
Chriſto (nec de teſtimonio "
tantùm) prorſus dubitarent. "
Num quid *Taciti* (addit idem) "
vel *Suetonii* teſtimonia de *Chre-* "
ſto, ſive Chriſto, ſuppoſititia "
quoque dicamus? Sunt ea cer- "
tè, inquit, ſigna quædam ὀλιγο- "
πιςίας, quæ non carent inſana "

impietate. De cætero illi Joſephus (ceu ultrò faſſus eſt) *Phariſæus*, & *titubans* quidem videtur; qui non niſi honeſtè de Chriſto ſenſerit: nec ſine cauſſa. Cùm enim hæc ipſa quæſtio inter Judæos ſemper agitaretur: Num Chriſtus ſolus homo, vel etiam Deus aliquis eſſet? Opus omninò eſſe duxit, plura hac de re in Hiſtoria ſua referre, & quidem (Agellii vox eſt) cum additamento; quod *Vorſtius* (ceu dixi) nimis *abruptum* eſſe, cenſet.

Verba, penſiculatiùs æſtimanda, hæc ſunt: Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνήρ. Et dein notanter: Εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Dixit ἄνδρα, id eſt *hominem* (de quo inter illos erat quæſtio) more ac ſenſu, Græcis uſitato; quibus ἄνδρες haut raró idem, quod ἄνθρωποι notant: nec abſimili Ebræo-

bræorum, qui אנשים, propriè *homines*, pro viris ſæpè ponunt. Porrò Joſephus *paſſionem* pariter ac *reſurrectionem* Chriſti admirabilem ſubnectit, prout Hiſtoricum decet; ne quid fortè ſilentio prætereat, quod memoria ac fide haud indignum ſit. Super hæc *D. Coccejo* Salmaſii de *Sibyllinis Oraculis* judicium, quo his omnem derogat fidem, non multùm arridet; utpote cui mirum videtur, tàm ingenioſum fraudis ſuæ artificem vel unquam extitiſſe, qui Patribus cunctis glaucoma objiceret, Oracula illa ὁμοθυμαδὸν pro ſe allegantibus. At verò litem hanc, noſtram non faciemus, quam *Dav. Blondellus* jam dudum ſuam fecerat in ſingulari *de Sibyllis* libro, Gallicè perſcripto. *Gorionidem* unum cum *Flavio* eundemq; fuiſſe, tantum abeſt, ut Vir

ille perſpicaciſſim⁹ credat; ut potiùs affirmet, id ſibi perſuaſurum neminem, eò quod *multa nugatoria* Judæus iſte Pſeudo-Gorionides *de gente ſua* immiſceat.

Reſponſum, vel ſaltem eclogam ex literis Viri, in ſententiis aliorum modeſtiſſimi, familiariſſimiq́ue, *Menaſſis Ben Iſraël*, diu à me expectas? De *Joſepho Gorionis*, vel *Matthiæ* potiùs, aut *Mathathiæ*, judicium accipies ex incluſis illius literis Gallicis, feſtinante calamo Latinè à me verſis. Miror ſanè, *Menaſſen* inibi de ſe, ſuisq́ue ſectatoribus id affirmare (*nous crojons unanimement*) ſe *unanimiter* credere, *Joſippum* ac *Flavium* ab ipſis pro *uno eodemq́;* haberi. Reſcripturus propediem, de verbis illis ad aurem (velut memoriæ ſedem) molliter eum, more anteſtantis, admonebo, quæ in *Tze-*

mach

mach David ad annum 829, millen. 4. de eximia *Joſippi* fide (judicio Abravanelis de *Flavio* planè contraria) leguntur; & ſi *uterq; unus* fuerit, eundem ſimul *fidelem*, ac *cum immutatione veritatis ſcribentem*, Hiſtoricum teſtantur. Illa verò hæc ſunt: והוא קידם בזמן מחכמי הגמרא כמה מאות שנה וראה את כל הנעשה בימיו כן אין אנו מחזיקין אותו לסופר הבלתי נאמן: Id eſt: *Et temporè anteceſſit Sapientes Gemaræ aliquot centenis annis; viditq; omnia, quæ ſua ætate geſta ſunt: nec eſt, cur eum cenſere debeamus inter Hiſtoricos minùs fideles.* At verò *Gemara* injecit mihi ſcrupulum (quem ex animo meo evellas, rogo) & quandam dubitationem; cùm illa ſit, ſignificetq; *ſupplementum*, ſcilicet *Miſchnæ*; quam unà cùm *Mikra* Moſes in monte legiſſe, ſcribit *R. Flieſer Capit.*

Digitized by Google

pit. XLVI. At dicas fortè: *Gemaram*, hoc eſt, *ſupplementum*, ætatis non eſſe ejusdem cum *Miſchna*; cujus eſt ſupplementum? Neque me latet hoc ipſum diſcrimen; nihilo tamen minùs id ſemper in mentem eſt: *Aliquot centenis annis ante Sapientes Gemaræ.* Ita vix ac ne vix quidem veriſimile erit, ejusdem ætatis, vel (ut clariùs dicam) unum idemq; *Flavium* & *Gorionidem*, ſive *Joſippum* fuiſſe; cùm hic quidem *centenis*, imò *aliquot centenis* (cogita, quæſo) *annis ante* Sapientes Gemaræ vixerit; ille verò temporibus Veſpaſiani floruerit. Sed de his plura in proximis ad Menaſſen, ubi commodum fuerit.

De cætero utinam legiſſet olim beatus *Rupertus* noſter elegans nempe *R. Abravanelis* judicium, quod de Flavio habet *Comment. in*

Daniel.

Digitized by Google

Daniel. Fonte X. Palma 7. cujus verba hæc ſunt: ואף שנודה להם שיוסף כתב זה לא נקבלהו מה שהעידו עליהם כתבי הקדש כדי להכביר פניהם לרומיים כעבד העומד ביד אדונים קשים שידבר כרצונם:, Id eſt, interprete Vorſtio: *Confeſſum quoq; illis eſt, cùm Joſephus iſtud ſcribit, nos non recipere illud ab illo, quia plurima ſcribit cum immutatione veritatis, ac perverſione iſtius, quod Scripturæ ſacræ de illis teſtantur; ut elevaret faciem Romanorum* (hoc eſt, *honorem iis exhiberet*) *tanquam ſervus exiſtens in manu Domini ſui duri, qui loquitur ad beneplacitum illius.* Hac ipſa ſcilicet de cauſa, quod *Flavius* in pluribus adverſatur *Joſippo*, non magni illum Judæi faciunt. De rebus

bus Judæorum (quos magnus ille Coccejus *hæreſium Patriarchas* interdum vocat) hac vice plura ſcribere non habeo, niſi quod *Borelii filium* (ope Judæi cujusdam converſi, Conſtantinopolitani) *Miſchnajoth Latina verſione* adornare ajunt. *Menaſſis Conciliator*, Luſitanica conſcriptus lingua, & in partes quatuor diviſus (ceu auctor ipſe iterum reſcripſit) Latina deinceps veſte ſuperbiet. *Gentium* de promiſſo *Karaitarum* admonui ſedulò. Ob pium atque eruditum reſponſum tuum, è medio ſinceræ Theologiæ petitum, eſt, cur mihi gratuler; & conſuetæ humanitati tuæ gratias agam ſingulares. Vale, ac anna feliciter! Lugd. Bat. a. d. XXIV. m. Jan. ſt. n. A. C. cIↃ. IↃC. LI.

EPI-

EPISTOLA XII.

A Monſieur Arnauld.

MONSIEUR,

BIen, que je ſois fort occupé, toutesfois j'ay pris cette occaſion de ſatisfaire a mon devoir. Sçachez donc, que je n'ay pas a vendre les livres, deſquels vous avez fait mention. Quand a mon *Conciliateur* : j'eſpere, que *les IV. parties* ſ'imprimeront *en Latin*, au commecement du printemps. Touchant ce, que doutez de *Flave Joſephe*, il eſt certain, qu'il a *touſiours* eſté *conſtant en la religion* Judaique, de la ſecte *Phariſienne*; comme il teſmoigne lui meſme au commencement de ſa vie, qu'il a eſcrit *a la fin de*

ſon

ſon Hiſtoire, & du 6. chapitre du 16. livre des Antiquitez; & au chap. 5. du 7. livre de la Guerre Judaicque. Tellement, qu'il n'a jamais *char-gé*, ni *vacillé* juſques a ſa mort: Car les Gentils & Juifs n'euſſent jamais oublié de luy reprocher, eſtans ſes capitaux & mortels ennemis, a cauſe de la grande privauté, qu'il avoit avec Veſpaſian; comme il appert de ſon teſmoignage *au chapitre 4. du livre 7. de la Guerre Judaicque.* Et ce qu' aucuns alleguent a l' encontre *du chap. 6. du liv. 18. des Antiquitez*, ne fait rien a cecy, a cauſe que nous l' eſtimons *apocryphe*, & non canonique: Ce que je vous pourrois teſmoigner avec diverſes & indiſſolubles arguments, que je vous pourrois mieux dire de bouche, que par lettres; pource que j'evite autant, qu'il m' eſt poſſi-ble

ble les occaſions de faire preſumer, que je vouluſſe offenſer quelqun. Touchant *Flave Joſephe* eſcrit *en Hebreu*, pluſieurs en doutent, & entre autres le tres docte & celebre *Gerard Voſſius*. Toutesfois cela n' entre jamais en queſtion entre nous, a cauſe, que nous crojons *unanimement*, que *Flave Joſephe* en eſt *l' autheur*. Le mot, ויפח eſt verbe, & vient de la racine פוח, il ſignifie : *Et parlera jusques a la fin*. Et ſe parle de la *redemption* de la *captivité* Babylonienne. Voila le peu, que l' embaras de mes affaires me permet de vous eſcrire : Deſirant donc des nouvelles occaſions de vous rendre quelque ſervice ; je vous recommande au tres haut, & demeure voſtre tres affectionné.

A dieu, ce 7. Decembre
1651. (50)

Menasſeh ben Iſraël.

VER-

VERSIO LATINA;

unà cum

ARGUMENTO.

Conciliatoris partes quatuor *veſte Latina ornandæ. Joſephi* in religione conſtantia. *Hoſtes ejus acerbiſſimi exprobraſſent* titubanti *levitatem.* Teſtimonium *Joſephi* negat *eſſe* canonicum. *R. Menaſſeh Chriſtianos non facilè læſit. Flavio ſcripta Ebraica, quæ hodiè exſtant,* unanimi *tribuit* conſenſu *Judæorum. Verbi* פוח *ſignificatio.*

QUamvis ſim valdè occupatus, nihilo tamen minus hanc arripui occaſionem, uti debito meo ſatisfacerem. Scias igitur, me non habere venales libros, quorum in tuis mentionem feciſti. Ad *Conciliatorem meum* quod attinet, *partes ejus quatuor* (ceu ſpero) imprimentur *Latinè*, ſub initium veris. Quod de *Flavio Joſepho* dubitatis, certum id eſt,

id eſt, quod *ſemper* fuerit *conſtans in religione* Judaica, ſectæ *Phariſaicæ* addictiſſimus, ſe ipſo teſte *in princ. Vitæ ſuæ*, quam *in fine Hiſtor.* deſcripſit; ut & ex *cap. 6. lib. XVI. Antiq.* nec non ex *cap. 5. lib. VII. Bell. Jud.* apparet. Ita ut *nunquam mutaverit* (ſententiam) vel *titubaverit uſq;* ad mortem. Neque enim cùm à Gentibus, tùm ab ipſis Judæis in hoc quicquam fuiſſet intermiſſum, quin hoc ei objicerent; utpote qui tùm temporis acerbiſſimi infenſiſſimique hoſtes ejusdem exſtitére, ob inſignem amicitiam illam, quam coluit cum *Veſpaſiano*; ceu ex ipſius teſtimonio apparet *cap. 4. lib. VII. Bell. Jud.* Quod verò nonnulli opponunt è *cap. 6. lib. XIIX. Antiq.*, nihil ad rem; quoniam pro apocrypho (ſuppoſititio) nec pro canonico (genuino) habemus. Quod meliùs

liùs Tibi ad oculum demonſtrare poſſem variis indiſſolubilibusq́ue argumentis; ſed faciliùs ore, quam literis id ſignificavero: Nam, *quantum in me eſt, occaſionem omnem refugio, ut ne quis de me ſuſpicetur, quaſi animo lædendi tale quid facere ſuſtineam.* De *ſcriptis* Fl. Joſephi *Ebraicis* non pauci ſanè dubitant, ac inter alios doctiſſimus æquè ac celeberrimus *Voſſius*: Sed hac de re quæſtio planè nulla apud nos ſuboritur, quoniam *unanimiter* credimus, *Fl. Joſephum auctorem illorum* eſſe. Vox ויפח eſt verbum, veniens à radice פוח, ſignificansq́; : *Et loquetur uſque ad finem.* Sermo hîc eſt de *redemtione* ex ipſa *captivitate Babylonica.* En pauca, quæ impedimentum negotiorum meorum me Tibi ſcribere permiſit; velut deſiderantem occaſiones novas deinceps inſer-

Digitized by Google

inſerviendi. Commendo te Altiſſimo, conſtanter Tibi favens. Benè vale.

d. VII. Decemb.
1651. (50.)

EPISTOLA XIII.
R. MENASSI BEN JSRAEL
Chriſtophorus Arnoldus S. P. D.

Joſephus titubans *porrò aſſeritur* ex Abrabanicle. *Quia is* immutavit veritatem. *Idem* adulator *fuit*, *&* blandiloquentulus. *Verba* Prophetarum neglexit. *Ipſi Judæi* probationes *Joſephi* rejiciunt. *Ebræus & Græcus* non unus *idemq́;. Inter utrumq; ipſi diſtinguunt Ebræi. Joſippus ben Gorion maxime ab iſtis* laudatur, *Flavius contra Joſephus* culpatur.

NOn ſine magna voluptate, *Rabbinorum Sapientiſſime*,

 huma-

Digitized by Google

humaniſſimas tuas accepi; pro quibus gratias Tibi ago, quas debeo, ſanè haud vulgares. Miror equidem lectionem Joſephi accuratiſſimam, quem velut de facie noſti: At verò vel ipſe ego perſuadere mihi vix potero, Joſephum in religione, vel etiam ſecta ſua, non *inconſtantem*, nedum *titubantem* fuiſſe; in primis ſi data opera multa ſcripſerit *in gratiam Romanorum*, in plurimis adverſatus & Joſippo, & placitis ſæpè Magiſtrorum. Judicium *Iſaaci Abrabanielis in Comment. Danielis, Fonte X. Palma VII.* de hoc Scriptore Flavio, jam dudum ab ipſo *Vorſtio in Obſervat. ad Tzemach David, ſive Chronologiam Sacroprofanam R. Ganz* productum, ignorare haud potes; ubi inter alia fides ei derogatur à Judæis, qui id expreſſè fatentur: שיוסף כתב ה״ר לא

נקבלהו ממנו: , *cùm Joſephus ſcripſit iſtud, nos non recipimus illud ab illo.* Cur, quæſo, non recipitis? Cauſa ſequitur illicò: כי הרבה דברים כתב בחילוף האמת:, *quia plurima ſcripſit cum immutatione veritatis.* Sic verò ſcripſiſſe Joſephum, ulterius idem affirmat his verbis: כדי להסביר פנים לרומיים כעבד העומד ביד אדנים קשים שידבר כרצונם:. *ut elevaret faciem Romanorum, tanquam ſervus exiſtens in manu Domini ſui duri, qui loquitur ad beneplacitum illius.* Cumq; aliquot recenſuiſſet (ſit venia verbo) mendacia *Abravaniel*, ſic pergit: ואלו רבות עמו שמיראתו פן יכצפו עליו בדברו עמם דברי יתרונות שלא הגיו להם והחניפם בדבריו כלבבם:, *Atq; ejuſmodi plurima apud ipſum ſunt, quia metuebat ſibi, ne iraſcerentur ſibi, cum loqueretur ad eos excellentia* (ſive, hyper-

bolas) *quas non apprehendebant ;*
atq; iis adulatus eſt verbis ſuis juxta
illorum animum. Ecquis conſtan-
tem in religione diceret Joſe-
phum , quem מחליק לשון *blandi-*
loquentulum pro ratione (ut ajunt)
ſtatus his porrò coloribus depin-
git : שמאשר ראה עצמו ברומי עם
מלכים ויועצי ארץ להיות בעיניהם
במוצא שלום וכמחליק לשון כתב
הדברים כפי מה שראה שהיו
מוטבעים בהם בסברותיהם
הכוזבות ; . *Cùm videret ſe Romæ eſſe*
cum Regibus & Senatoribus terræ, ut
eſſet in ipſorum oculis, veluti pacem
colens,& blandiens lingua; *conſcri-*
pſit res, prout videbat infixas eſſe illo-
rum falſis opinionibus : Ne vacillaſ-
ſe, vel titubaſſe quidem Scripto-
rum iſtum, credamus , qui verbis
Prophetarum ſusq; deq; habitis ,
non firmiter retinuit veritatem? Sic
ille : גם בדברי הנביאים שראה

בהם זרות כפי ההרגל שנה והחליף אותם ולא חלק כבוד הנביאים מקום שהיה לו לקדש השם בתוכם ילהחזיק את האמת והוא באמת בכלל כי דבר ה׳ יבזה ולמה :אנ נקח ראיה מדבריו, *Cùm enim: videret in verbis Prophetarum inuſitatum quid, mutavit atq; pervertit illa; neq; locum honoris conceſſit verbis Prophetarum, ubi decebat illum ſanctificare Deum inter illos, & firmiter retinere* veritatem. *Atque ipſe revera fuit in claſſe:* Verbum enim DEI ſprevit. (Num. xv, 31.) *Cur itaque reciperemus probationem ex verbis ejus?* Ad ultimùm cur nolint Judæi accipere probationem ex verbis ejus, omninò liquet: בהיותו בלתי עומד בדבורו ומחליף את משכורתו עשרת מונים *Cùm ſit inconſtans in ſermone ſuo, atque immutet mercedem ſuam decem vicibus.* Gen. xxxi, 7, 41.

Hæc brevi verborum compendio excerpere ſuſtinui, *Vir Celeberrime*, ne ſingula demum evolvere moleſtum eſſet. Sed penſiculatiùs, ſi placet, æſtima, quæſo, verba illa Abrabanielis; cujus non parva apud vos auctoritas: *Non firmiter retinuiſſe veritatem*, &, quod ſuper omnia eſt, *verbum Domini ſpreviſſe* eum, quem Tu *vacillaſſe* pernegas. Hæc profectò *conſtantem in religione Judaica* virum haud addecent. Verbo me expediam: *Adulator* fuit, *blandiens lingua*; itemq; *inconſtans in ſermone ſuo*.

Super hæc *Flavium Joſephum*, ut & *Joſippum*, hunc quidem *Ebræum*, illum verò Scriptorem *Græcum*, prorſus diverſos & ſatis diſtinctos fuiſſe, quis non videt? Utrumque enim (hoc eſt, Ebræum & Græcum, ceu ſemper diſcor-

cordantes inter ſe) ipſi Judæi ſolicitè conciliare allaborantes, diſtinctis quoque appellant nominibus; velut *Abrabaniel* ſtatim ſub initium loci citati: *Ego verò*, ait, *dico, numerum hunc, quem*, בשם יוסיפון, *nomine Joſephi memorant, falſum eſſe; non enim ſic exſtat in libro* בן גוריון, *F. Gorionis, qui inter nos eſt.* Nec illud ſilentio involvendum, ceu *Flavius Joſephus* ab Ebræis modò contemtus fuit, ita *Joſippum, Filium Gorionis* ſacerdotis, vel *Matthiæ* potiùs, magni ab illis fieri; dilaudatur is enim in *Tzemach David ad annum 829. num. 4.* tanquam *vir ſapientiſſimus & prudentiſſimus, vir juſtus & rectus;* qui cum Sapientes Gemaræ aliquot centenis annis anteceſſerit, *non eſſe, cur referre* Ebræi *debeant*, לסופר הבלתי נאמן, *inter Hiſtoricos minùs fideles.* Quo igitur modo

Joſippus, Ben Matthiæ, unus idemque cum *Fl. Joſepho* nunquam *titubante* fuerit, uſque adhuc non vidi. Hæc ad tuas reſpondeo, Vir Sapientiſſime, etiam atq; etiam rogans, ut deincipe mihi occaſione oſtendas, ubi erraverim. Benè vale.

Lugd. Bat. a. d. 2. m. Febr. 1651.

EPISTOLA XIV.

CHRISTOPHORO ARNOLDO

Sebaldus Snellius

S. P. D.

Heinſii, Cappelli, Cloppenburgii, Gronovii, & Boxhornii *una eademq; ſententia.* Vorſtius *notatur. Quæſtionis ſtatus, de his laudibus.* Priora *potiùs,* ſecula, *quàm poſteriora ſunt* fucoſa. *Seculi IIX. ſuſpicio, conceſſa à Ruperto,*

p. m.

Digitized by Google

p.m. Patres decepti *fuére. Differunt* rumor, aſſenſus, confeſſio. *Sententia* D. Coccei *expenditur.* Ὁ λεγόμενος *notat ferè* Meſſiam impoſtorem. *Chriſtum* eſſe Deum, *pro* blaſphemia *habitum. Diſcrimen* nudæ mentionis *&* confeſſionis *repetitur. Scrupulus de* Gemara *&* Gemariſtis *eximitur.* Verſio Vorſtiana *corrigitur.* Menaſſis Ben Iſraël ſententia *Snellio arridet. Preces diſputatiunculis præferendæ.*

SAlve plurimùm, *mi Amantiſſime Dn. M.* Dolorem meum è ſilentio tuo longiori ſedarunt binæ tuæ, uno mihi tempore redditæ; pro quarum communicatione, & reſponſo ad quæſita fuſiore, gratias Tibi ago longè maximas. Quod ſi grave Tibi non eſt audire, habeo unum atq; alterum, quod bono animo proponam; non dubito, quin optimè ſis interpretaturus. *Heinſii, Gronovii,* & *Boxhornii* ſententiam intel-

ligo, quæ eſt eadem cum *Cloppenburgii* & *Cappelli* aſſerto. Cum *Vorſtio* nolim *fictas laudes* appellare, quæ ſunt veriſſimæ, & Servatori noſtro maximè competunt. Sed hîc quæritur; an eæ profectæ ſint à Scriptore Flavio? Niſi tamen fallor, ob illam cauſam ſtomachatur *Coccejus*, ut paullò poſt dicam. Neque cum eodem Vorſtio *fucoſa* dicam *ſecula* poſteriora, cùm certum ſit, vel *prima* fuiſſe talia, fatente *Caſaubono contra Baronium*; & mutationem oporteat factam *ante Euſebium, Hieronymum, alios*; hi enim, ut notum, jam citant hodiernam ſectionem. Hoc ipſum opponitur rectè MSS. in quibus ipſa exſtat. *Rupertus* tamen b. m. largitus mihi eſt, *ſuſpectam* eam jam fuiſſe Photio, Seculo IIX. Decepti ſunt boni Patres, ac paſſi ſibi imponi; quod *in prima epiſtola* Ruperto noſtro oſten-

Digitized by Google

di. Et profectò longè differunt, *rumor* de paſſione & prodigiis, à Chriſto editis, paſſim ſparſus; qui notitiam potuit horum apud plures excitare: aliud eſt *aſſenſus*, eumque ſecuta *confeſſio* adeò illuſtris in tali homine, quam ea verba inferunt. De illa accipio *Hieronymum*; & fac, fuiſſe Flavio, non illicò hanc dabo poſteriorem. Ac proinde, ut ad *Coccejum* accedam, non mirarer, à Flavio fieri mentionem fidei ac veritatis Chriſtianæ etiam hoc loco controverſo (ſicut admitto libens, alibi integrum eſſe, & ſanum Scriptorem, ubi appellat Jeſum τ λεγόμενον Χριστὸν, vel Johannem memorat, ubi præſcindit à religione) ſi *nudam* faceret *mentionẽ*; ſed *teſtimonium* edere, confiteri, ſcribere, quæ hodiè exſtant, Flavium, nunquam probaverit; qui,

quid dicatur, & à quo, & quorum reſpectu, expendat. *Titubantem* fuiſſe, etiam Rupertus dixit; *ſenſiſſe* de Chriſto noſtro *honeſtè*, non apparet: Ego contrarium credo, quod dicit τ̀ λεγόμενον Χρισόν; quo ipſo eum refert in claſſen Impoſtorum, qui ſæpè Meſſiam jactantes, Romanos moleſtia, plebem Judaicam damno mactarunt. Nec ſemper *honoris verbum* deputandum, ſi quis dicat: *Hic eſt ille Demoſthenes.* Præterea quis, obſecro, illis temporibus quæſitum dicat, *Meſſias* ψιλὸς ἄνθρωπος *ſit, an Deus?* Vide *Matth. XXII, 46.* Et fac, paucis probis conſtitiſſe de hac poſteriori, ut *Joh. I, 49.* &, ex inſtitutione Servatoris, diſcipulis, *Joh. VI, 69. & Matth. XVI, 16.* Publicè de hoc altum fuit ſilentium; imò cùm emanaſſet, habitum pro blaſphemia. *Joh. V, 18.*

&

& c. X,33. Matth. XXVI,65. Et ipſe Servator ſuis interdixit, *Matth. XVII,9.* Quid ergò ſciverit, vel crediderit de hac quæſtionis parte Flavius, primò *Phariſæus*; deinde *miles*, in Magiſtratum legitimum Romanum ſeditioſus? Ne nunc addam alia. De *Tacito* & *Suetonio* eſt longè diſpar ratio; nihil hi quicquam commune cum Flaviana ſectione habent. Repeto ſuperiorem diſtinctionem inter *nudam mentionem*, & *confeſſionem*; hæc *ſuſpecta* eſt, & facit autorem ſuum; non illa. Εἴγε ἄνδρα Patres *ad Deitatem* referunt, id quod probabilius eſt, voluiſſe eorum verborum autorem.

Sed ad dubium tuum de *Gemaræ initio*. Hoc *ad Moſen* referunt, ut ſolent; ſed *Gemaricos Doctores* invenies apud *Vorſtium in Chronologiam Jud. pag. 112.* quibus *ducentis*

annis, ac pluribus ſuperior eſt ipſorum *Joſippus, ibid. pag. 92.* Nulla ergo pugna, ſi, *Gemara* ſepoſita, *Gemariſtas* attendas; quos dicto ſpatio *Flavius* & *Gorionides* præcedunt. *Abravanelis* autem *judicio* de Flavio oppone eundem *Vorſtium d. l. pag. 286. & ſeqq. Menaſſen in Concil. p. 151.* Illud verò, ואף שנורה להם, verti debet: *Etiamſi verò largiamur ipſis, &c.* Sed hæc nunc excutere pleniùs, non vacat. Certè *de nihilo non videtur*, quod ipſi impingit crimen *Abravanel*; ita memini, eum in *de Bello Jud.* appellare *Poppeam* Neronis, *piiſſimam fœminam*; & (niſi fallor) legi alicubi, *ſuſpectum* fuiſſe Domitiano *ob nimiam familiaritatem cum uxore* Auguſta. Quid verò futurum ipſi crederes, ſi Chriſtianiſmi, illi Principi tàm exoſi, vel tenuem umbram præ ſe ſcripto, non dicam

cam tam apertè, tuliſſet? Atque hæc hactenus. Te, mi amantiſſime Dn. M. rogo, ut omnia dextrè interpreteris; ſcribo, quod ſentio, paratus cedere omni, meliora monſtranti. Nominavi viros ſine honoris præfatione, omni laude majores: Nunc ad relicta in tuis me accingo. De Sibyllinis nihil moveo, quod ea nihil ad meam Andromachen. Teſtimonium *Menaſſis* de Flavio valdè mihi arridet; pro communicatione habeo magnas gratias. Nec vulgariter gaudeo de inſignibus ſcriptis, quæ ais proditura; id me diſcruciat, quod nihil eorum, quæ pridem ſignificaſti, ad nos pervenit. Placuiſſe reſponſum meum, eſt, quod DEO gratias agam; qui Te porrò Spiritu bono ſuo dirigat in veritate, quod ſcis ejus eſſe verbum; hoc amas

ama, tracta, admixtis precibus vel è *Meditationibus* atque *Exercitio Pietatis* noſtri *D. Gerhardi*, qui libellus elegantiſſimè apud vos prodiit; & plus ſenties emolumenti, conſolationis atque lucis, quàm è difficilioribus diſputationibus. Excerpta, quæ *Blondelli* & *Gronovii* ſententiam contineant, libens præſtolabor. Deum ex animo veneror, ut benè Tibi eveniat iter Anglicanum; ſed heus Tu, *Cantabrigiæ* vide in Mercatores Batavos ut incidas; quos mittet exploratum meus *Thomas*, ὁ ὀλιγόπιστος. Liceat mihi apud Te jocari, Chariſſime; nam & paulatim ridere incipio. *Dn. Hornio* ſalutem ex me plurimam, ac reverenter, velim, dicas. Dominus noſter JESUS CHRISTUS Te propitius ſervet, Tibi benedicat jugiter, ac juſto tempore

ſalvum

ſalvum incolumemq́; Tuis reſtituat, Amen. Scrib. Altdorſii d. 24. Martii, Anni 51.

Epistola XV.

M. SEBALDO SNELLIO
Chriſtophorus Arnoldus
S. P. D.

Uchtmanni *ſententia. Talia quoque de Chriſto retuliſſe* Philo *videtur. Comparatur hic, ut Philoſophus cum* Seneca, *&* Joſepho. *Quæ vulgò narrantur, referre,* Hiſtorici officium *eſt. Mos eorundem,* ex abrupto *aliquid recenſendi.* Vox hiſtorica, ἦν, *velut* Ebræorum ויהי, *&* Arabum كان. *Eadem ſunt,* Erat, Credebatur, *&* Λεγόμενος. Jo. Saresberienſis *hoc teſtimonium citat.* G. Hornii *ſententia. Joſephus Hiſtoricum egit. Teſtimonium iſtoc* Vorſtius *teſtimoniis Alcorani de CHRISTO æquiparavit. Chriſtianis* crimen corrupti

Alco-

Alcorani impegit. Alcoranum *à corruptela* defendit Jac. Golius. *Excuſatio prudens* Gronovii. *De hoc loco* Hadr. Junii *judicium.* Blaſphemia *R. Menaſſis.*

GAudeo ſanè, *Vir Clariſſime*, geminas meas tandem aliquando ad Te fuiſſe perlatas; ex quibus mentem potiùs meam (vel ſaltem promiſſa) quàm res præclaras accepiſti. Promisſis tamen ſtare jam debeo, quæ etiam (ſed, quo ære, neſcio) libens exſolvam. Verùm ſacra Manibus adhuc facere ante omnia me oportet, umbras venerantem optimi Præceptoris mei; qui quondam aliter ſenſit, ac Tu ſoles. *Uchtmannus* nuper monuit, *Suidam* illuſtrem Joſephi περιοχὴν totidem recenſere verbis. De cætero idem eſſe, ait, ac ſi quis locum *Philonis Judæi* in legatione ad

ad C. Caligulam *de Pilato* negare vellet; ubi dicitur, Pilatum quàm plurimos (quibus utique & Chriſtus contineatur) vel levi, vel prorſus nulla de cauſſa, morti dediſſe. En, Philoſophus, & Judæus, & ex genere Sacerdotum Judaicorum talia referre non dubitavit? Nimirum *Philo*, philoſophiæ ſtudio ſimul ac ritibus patriis deditus, quæ ad fidei dogmata attinebant, parum curabat. Aliàs verò *Scaliger in Elencho adverſus Jeſuitas* Philonem Hebraiſmi adeò imperitum fuiſſe, contendit, ut dubites, an etiam legere ſciret Hebraicè. Porrò ſic & Romanus Sapiens (admonente iterum *Uchtmanno*) philoſophiæ tribuit omnia; nec de religione Chriſtiana tàm ſolicitus unquam fuit, ut in eam inquireret. Hoc etiam modo Joſephus, recutitis traditionibus

ſuis

ſuis contentus, & Romanorum inſuper, nec non gentis ſuæ publicis onuſtus negotiis, non ſingula tàm circumſpecta perluſtravit cura, ut rem ipſam perſcriberet; ſed ſatis erat tum temporis, vel ea ſaltim memoriæ dediſſe, quæ viritim ac vulgò de Chriſto narrabantur. Hinc ipſe Pilatus apud *Matthæum* Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον χριστὸν vocat *cap. XXVII. §. 22.* Nota, λεγόμενον, quem omnes vocabant χριστὸν, ſive, משיח. Opus igitur fuit, *Hiſtorici officio* fungi, hoc eſt, ea referre, quæ omnes uno ore enunciant. At, *ex abrupto*, dicit *Vorſtius*, hæc inſeri verba? Is ipſe Hiſtoricorum mos eſt, ut, dum varia conjungunt, ea minùs concinnè inter ſe cohærere, Lectori videantur; & maximè id fieri amat, ſi quando ſingulare quidpiam ſubindicare volunt; tunc enim

enim ſermonem aliqua ex parte quaſi abrumpere neceſſum eſt. Frequens hoc admodum *Livio*, ut notat *Cl. Gronovius ad lib. XI. cap. 32.* hujuſcemodi abruptas, & nexu (ceu videntur) deſtitutas parentheſes facere. Ex abundanti voculam ἦν adjicio, Hiſtoricis narrationibus magno opere inſervire, ritu Ebræorum, ויהי, nec non Arabum وصي; qua formula *Achmed* in *Timuri* Hiſtoria, & *Georgius Elmacinus* in Hiſtoria Saracenica, ſæpiculè uſi ſunt. *Salianus in Annal.* obſervat, τὸ *erat* in Hieronymo mutatum fuiſſe in, *credebatur eſſe*. Quicquid verò ſit, *credebatur*, indicat famam atque opinionem vulgarem; & notat τὸν λεγόμενον. Adde, quod nec *Jo. Saresberienſis* (qui claruit, *Trittenhemio* teſte, ſub Friderico Imp. primo

mo, Anno Domini M. C. XL.) metuens ullius fraudis, *lib.II. Policratici, cap.9.* hæc ipſa citavit verba, tali modo incipientia: *Fuit autem iiſdem temporib⁹ Jeſus, &c.* quorum is eſt finis: *Chriſtus hic erat.*

Sed ne nimis ſententiæ Ruperti b. m. ſtudere videar, eorum quoque ſententias (ſtudio atque amore veritatis) illicò ſubjungam, qui tuis partibus faventes, verba Joſephi genuina eſſe, pernegant. *Georgius Hornius* (Te amicum veterem multa ſalute impertiens) ſic ferè ſentit: Joſephum, linguæ Ebraicæ ſatis peritum, utiq; non ignoraſſe, quid eſſet משיח, nimirum χριςὸς; quem hoc ipſo nomine appellare non auſus fuiſſet. At verò (juvat, aliquando eſſe contrariū!) id ipſum *fidelis Hiſtorici munus* eſſe, ſuprà diximus; ut non ſolùm nuda perſonarum

narū nomina, ſed etiam res ipſas, uti ſunt, ex ore narrantiū recenſeat; ita tamen, ut nihilo minus incertum ſit, utrum is illorum verbis (quæ modò recenſuit) calculum ſuum addat, ac probet, nec ne? *Tacitus*, itemq; *Suetonius* commemorant *Chriſtum*, ſive *Chreſtum*: Quid tum poſtea? Pergit idem *Hornius*: Aliud eſt, inquit, Chriſti nomen apud Gentiles legi; aliud, apud Judæos: Neq; me hic ictus ferit; oratio integra, ſive à Judæo, ſive à Gentili profecta fuerit, penitiùs ſemper inſpicienda eſt, quid in ea de aliquo dicatur, vel (ut barbarè magis loquar) prædicetur. Addit *Hornius*, vir amiciſſimus: Si ita ſenſit Joſephus, mirum eſt, quod in religione ſua permanſerit. Ecquis verò neſcit eundem (*Abravanele* teſte *in Danielem*) fuiſſe titubantem?
Dein

Digitized by Google

Dein fabulis affectibusq; ſuis occœcatus, civilibusq; negotiis graviter onuſtus, aliter ſentire noluit, nec potuit. Tandem hæc adjecit Vir Clariſſimus: Nugator nugas Judaicas hinc inde plurimis ſæpè verbis ac lineis deſcripſit; ea verò, quæ ad hiſtoriam Chriſti attinent, brevi admodum calamo perſtrinxit. Non mirum, & Judæum, & militem, & hominem politicum talia tanti non facere, quæ penitioris ſunt Theologiæ; ſed breviter, & ex ſententia potiùs aliorum perſcribere. Candidè agat Hiſtoricus, oportet; & aliorum referat mentem, quamvis ipſe non ita ſentiat. Quodſi Scriptor aliquis orthodoxus, ex ore ac mente Pontificiorum alicubi diceret, *Papam eſſe caput univerſæ Ecleſiæ,* numquid exindè concluderem rectè, Scriptorem illum Ponti-

Pontificiis favere, nec aliter re-
vera ſentire? non autumo.

Cl. *Vorſtius* Joſephi (quod fer-
mè oblit⁹ eſſem) locum cum Mu-
hammedicis de *Chriſto Jeſu, filio Ma-
riæ* (المسيح عيسى ابن
مريم) aliquot teſtimoniis, in
compendium hiſtoricum à *Le-
vino Warnero*, duce *Golio*, fideliter
collectis editisq́;, comparans, con-
ſtanter aſſerit, ea omnia in eodem
habenda eſſe pretio, quo nempe
Joſephi locus; hoc eſt, eſſe ſup-
poſititia. Cauſam deſideranti,
hoc ulteriùs reſponſi dedit: Tot
*Chriſtianos in Arabia, Perſia, & In-
diis*, facili negotio talia inſerere,
& ſic nos, perinde ac Infideles,
eadem arte ludere iſtos omninò
poſſe. Sed audiamus ea de re
ſummum virum, *Jac. Golium*, ita

I cen-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO.EMANUELE

Digitized by Google

cenſentem : Literulas Alcorani omnes eſſe numeratas, ita ut affirmare non dubitet, majorem (vel certè haud imparem) in illo certitudinem lectionis deprehendi, quàm in S. Bibliorum codice. Vocales interdum (ex amanuenſium incuria) variare, libenter concedit; quod MSto parum, vel prorſus nihil detrahit, dummodo characteres literarum in numerato habeamus. Quid? quod *ſeptem* gentis Arabicæ *ſectæ*, in Theologia ſua ſæpiſſimè diſſentientes, in Alcorano fideliter exarato ſemper concordant inter ſe. Cæterum ipſi Arabum Theologi in commentariis ſuis ſubtiliſſimis doctiſſimisq; ea ipſa de Chriſto loca, ſive teſtimonia, totidem citant verbis; dum de his diſputant. Exſtant præterea in magni illius Golii Bibliotheca, MStis Orien-

Digitized by Google

rientalibus refertiſſima, MSta etiam Alcorani exempla, in *India*, *Arabia*, *Perſia*, *Turcia*, nitidiſſimè deſcripta; quæ optimè inter ſe conveniunt. Silebóne MStum ejuſdem, *à Mauris* ante *quingentos* annos in ipſa Mauritania; & aliud *Meccæ*, in Muhammedis patria, nec non fragmentum aliquod, inſigne prorſus ac ſplendidum, ante *nongentos* annos exaratum; in quibus omnibus eadem, ſalvo atque integro ſenſu, leguntur. Sed hæc, ὡς ἐν παρόδῳ.

Gronovius, Muſis ſuis canens, calculum album vel nigrum addere, in amiciſſimis ſuis nuper ad me datis, modeſtè ſatis recuſavit; conſulens famæ ſuæ, ne impietatis notam pateretur; ceu *Scaligero*, *Caſaubono*, *Grotio*, *Salmaſio*, aliisque magnis nominibus non raro accidit: Excerpſi autem verba il-

 lius,

lius, quæ me Tibi excuſatum reddent. [*Vide ſis Epiſt. ſequentem.*] Herbam Te porrigere juberem, Amice dulciſſime, niſi linguam mihi occluſiſſet ſingularis amicus meus, *Dav. Blondellus*; qui tam accuratè ac ſolidè omnia explicuit, ut nihil habeam, quod reponam. Sic enim ille, cum MSti Codicis in Anglia apud *Whelocum* aliquam in meis mentionem feciſſem. [*Adi Epiſt. XVII.*]

Ad ultimum ſubjungo viri ſublimis judicii, ac mirificæ eruditionis, *Hadr. Junii*, ſententiam, quam modò coràm expoſuit: *Joſephum* ſcilicet in Græca hiſtoria ſua *liberiùs* fuiſſe *locutum*, eò quod Judæi linguæ illius eſſent ignari; hinc non mirum videri, etiamſi hæc ipſa verba in *Gorionide* non legantur. At *ex abrupto* poſita nemini hypobolimæa videri debere, ait, quia

quia hæc ſcribere, proprii ejus inſtituti non erat. Poſtremò, dum Joſephus ἔργα quædam παράδοξα commemorat, non eſt (inquit) cur quisquam ſubeſſe fraudem metuat; ipſi enim Judæi credunt, & ſcripto perhibent, JESUM ſchedulæ cujusdam, in ſura absconditæ, beneficio multa patraſſe miracula. Quod nec ipſe (ceu olim in meis ſignificavi) *Menaſſeh Ben Iſraël* negabat, Chriſtum, inquiens, miraculis ſuis (abſit verbo blaſphemia) impoſuiſſe fœmellis. Verbo me expediam; ſi poſſum: Joſephum hujus rei indicem potiùs, quàm judicem fuiſſe, arbitratur; quod de ſe quondam, ὁ πάνυ, *Voſſius* affirmavit in *Hiſtoria Pelagiana*; quam nobis recenſuit, ſed ſine præjudicio. Nimis profectò longus ſum, in recenſendis virorum apud nos doctiſſimorum ju-

diciis, quæ vehementer deſideraſti; quare nunc finem ſcribendi facio. Benè vale, mi Chariſſime! meq;, ut ſoles, ama. Dat. Amſtelodami, a. d. XVII. m. Apr. A. C. cIↄ. Iↄc. LI.

ADDITAMENTUM.

QUantus honor, *Chriſtiane Lector*, etiam apud Muhamedanos Jeſu Chriſto, Domino noſtro habitus fuerit, non ſolus nos docet *Lev. Warnerus in Compendio Hiſtorico eorum, quæ Muhammedani de Chriſto, & præcipuis aliquot religionis Chriſtianæ capitibus tradiderunt*; quod in lucem emiſit Lugd. Bat. A. C. cIↄ. Iↄc. XLIII. Verum etiam *Jo. Seldenus Comment. in Eutychii, Patriarchæ Alexandrini, Origines Eccleſiæ ſuæ, pag. 59.* ad Precationem Jeſu, Filii Mariæ (quæ quaſi Dominica altera eſt) in libello MS. extantem, cui titulus: *Preces dierum*, ſingularum ſcilicet hebdomadis, annotavit ſequentia:

Neque

NEque mirum videatur, quod D. N. Jeſu Chriſti, aut Beatæ Virginis nomen adeò reverenter habeant Mahumedani. Ut cum de Patriarchis veteris Teſtamenti, aliisve, quos magnì æſtimant, demortuis; ſic etiam cùm de hisce, ſive ſimul ſive ſeorſim loquuntur, infrequens non eſt adjectio illa: Super eos ſit pax! (*aut* ſuper eum, *aut* eam.) *Quemadmodum nominibus mortuorum, quotquot ſine reverentia memorare nolunt Ebræi, ſubjicere plerumq; ſolent,* עליו *ſeu* עליה השלום,

 ſuper

ſuper eum, *aut* ſuper eos ſit pax! *Et in Alcorano, ſummo cum honore, mentio fit non rara D. N. Jeſu Chriſti. Repetitum legitur in* Azoara 2. *velut ex perſona Numinis:* Dedimus Jeſu, Filio Mariæ, virtutes notiſſimas (*miracula faciendi interpretatur* Mahumedes Ben Achmet, *egregius Alcorani Paraphraſtes Mahumedanus*) & fortem eum reddidimus per Spiritum Sanctum. *Salutatio item Angelica ad hunc modum ſe habet* Azoara 3. *Arabicè, ſed Latinè quinta:* O Maria, Deus bonum nuntium tibi mittit per Verbum ſuum

Digitized by Google

ſuum, quod ex eo eſt. Nomen ejus Meſſias (*ſeu Chriſtus*) Jeſus, Filius Mariæ, potens in præſenti ſeculo, & futuro; ſcientiſſimus, qui loquetur hominibus in cunabulis (*infantulis*) & ſenibus, vir optimus. *Ubi* Mahumed Ben Achmet, *Paraphraſtes, expreſſim illud*, Verbum ſuum, quod ex eo eſt, *interpretatur per* Filium, *nempe Mariæ tantùm. Nec enim aliter vult ſecta illa. In præſenti autem ſeculo intelligi eum, ait ille, potentem fore* prophetia; *atque in futuro*, interceſſione & præparatione cœleſti. *Com-*

pluria ibi ſequuntur, quibus maximi ſit apud eos tùm D. N. Jeſus Chriſtus, tùm Evangelium ejus; uti Azoara 5. *Arabicè, ſeu* 12. & 13. *Latinè; &* Azoara 17. *Latinè, quæ Arabicè eſt*, 61; *alibiq; in farragine illa. Et vide ſis* Joannem Cantacuzenum in Apologia 4. κατὰ τοῦ Μωαμέθ.

Hæc *Seldenus*. Hac ipſa de re (quod nimirum Alcoranus Chriſtum habeat pro *Dei Legato*, & *Ejus verbo*; nec non Evangelium pro *verbo Dei* agnoſcat) egit etiam Anglus ille doctiſſimus, *Laurentius Sarſon*, ſed idiomate Britannico, in *Analyſi of the I. Timoth. I. 15. pag. 74. 75.*

EPI-

EPISTOLA XVI.

CHRISTOPHORO ARNOLDO

Jo. Fredericus Gronovius S. P. D.

Gronovii curæ ſecundæ in Livium. *Amica* Richterorum *mentio. Lis iſtæc erudita* Theologis *relicta. Magnis viris* impietas *objecta.* Gronovii pietas.

LIbenter vidi tuas, & ſanè citiùs illis reſpondiſſem, nî me multa identidem impeditum tenuiſſent. Nam eodem tempore & libellum, quem vides, donoq́ue Tibi mitto, edebam; & *Noctes Atticas Gellii* Elzevirio ad editionem parabam; & *Livium*, quem aut reddiderunt jam, aut reddent prælo propediem, qui iſtuc incolunt Elzevirii, recenſe-

bam; in quo quidem tantum ſecundarum curarunt mihi naſcitur, ut quæ finis futura ſit, nondum prævideam. Multæ interea non publicæ tantùm, ſed & privatæ in gratiam ſtudioſorum ἀκροάσεις faciundæ; ut taceam de officiis quotidianis vel præſtandis vel excipiendis, quid mihi vacui temporis relinquat, facilè tibi erit rationem inire. *Richterorum*, *Patris* venerandi Senis, & omnibus virtutum honorumq; ſtipendiis emeritis, *Filii* in paterna ornamenta præclarè ſuccedentis, conſtanti erga me amore & judiciis mirificè delector. De loco τοῦ ἑλληνίζοντος Ἑβραίου noli me in palæſtram iſtam vocare. Τοῖς μαθοῦσι γράμματα res expeditiſſima
„ eſt: Sophiſtis non poteſt per-
„ ſuaderi, qui ſtatim ad impieta-
„ tem, bonis viris objiciendam,

&

& Grammaticos eſſe Theolo- “
giæ (quam iſti in Sophiſticen “
converterunt) ignaros, decur- “
runt. Hoc *Scaligero*, *Caſaubono*,
Salmaſio accidit. Itaque con- “
ſtitui anſas illas calumniaturis “
non dare, & vita potiùs ac ſen- “
tentiis pietatem, & ſi quid in ſa- “
cris profeci, oſtendere; quàm “
quæſtiones, quæ ſui fori eſſe “
putant, tangendo oſtentare. “
**** Vale, mi Chriſtophore, “
& me ama. Non. Febr. Daventr.
cIↃ. IↃc. LI.

Epistola XVII.

DAVID BLONDELLUS

Chriſtophoro Arnoldo

Εὐπράττειν.

Blondelli humanitas *ſingularis. Scripta ſua Is recenſet. Snellio herba porrigitur.*

Ad MSSta hîc non recurrendum. Fraus ante Originis ætatem *facta*. Seculum II. *propter imposturas* infelicisſimum. *Hinc fraudes piæ* Pſeudo-Eſdræ, Pſeudo-Sibyllæ, Evangeliorum, Actuum, Apocalypſeon, Hiſtoriarum, Prophetiarum, Oraculorum, Triſmegiſti, Hyſtaspis. *Somnium eſt*, Joſephum, Philonem, & Senecam *Chriſtianiſmo imbutos fuiſſe. Mala connexio fraudem indicat. Hac pericope* expuncta, *ſenſus* planus *oſtenditur*. Virum *non rectè* negavit *Flavius. Chriſti verbis contrarius eſt, in* converſione Gentilium. *Sola ex his* Syrophœniſſa. *Additur* Hæmorrhouſa, *ex fama tantùm*. Statua, *Chriſto poſita. De* multis Gentilibus *quæſtio eſt. Chriſtiani*, ex Gentibus & Judæis, φῦλον *dici nequeunt. Abſurdum eſt, Joſephum de* Prophetarum oraculis, & *Jeſu* reſurgente die tertia, *hæc ſcripſiſſe. Parænesis de* pace Eccleſiaſtica.

QUas ad me 4. Nonas decurrentis menſis dederas, hodiè

hodiè deferente *Reverendo Domino Viſſero, Auguſtanæ confeſſionis fratrum Eccleſiaſte*, accepi; & commendatiſſimas tam tuo, quod reconditiorem eruditionem ſpirat, quàm *Nobiliſſimi Dn. Harsdôrfferi*, & *Clariſſimi Dn. Snellii* nomine habui. Eorum ſemel ſuſceptis mandatis tanta ſuperſtitione teneri non debueras, ut vel ad momentũ me eorum voluntatis certiorem facere differres. Non adeò ſunt pretioſa mea ſive tempora ſive ſtudia, ut quenquam juſta & pia poſcentem à me arcere debeant; mihi me non natum memini, quique quàm curta ſupellex mea ſit, novi, tàm à venditandis reculis meis, quàm à deneganda earum communicatione alienus eſſe, per Dei gratiam didici. Utinam penes me eſſet, quod *Valerium* tuum *Catonem* magis ac magis emacula-

cularet, offerrem lubens; ope, quam exigis, deſtitutum, nihil quod in uſum tuum ſit polliceri, non moleſtè feres. Quo magis *hiſtorica mea* commendavit *Dn. de Elz*, eò ſolicitiùs mecum repeto, quid tanta commendatione dignum publico dare potuerim; vix enim quicquam tractavi, quod *hiſtoria* dici mereatur, ante annos 30. libellum edideram *Apologeticum pro Proteſtantium Eccleſiis*, in quo nonnulla hiſtorica attigeram; ſed vix ullum hodiè exemplar extare puto, aut de juvenili opuſculo nobiliſſimum virum cogitaviſſe. Ante decennium ſpiſſum volumen *de Primatu in Eccleſia adverſus Baronium, Bellarminum, Perronium* Cardd. aliosque Rom. ſedis palpones, publici juris feci; nec id tamen, ut multa veteris Eccleſiæ facta contineat, hiſtoriæ nomen

nomen ferre poteſt. Anno 1646 *Diatriben de formula, Regnante Chriſto*, in qua Henrici IV. Imp. & Philipporum I. & II. Francorum hiſtoria ex parte elucidatur; eodemque ferè tempore *Apologiam* pro ſententia *Hieronymi, de Epiſcopis & Presbyteris*, ac tandem *Elucidationem familiarem* famoſæ quæſtionis: *An fœmina inter Leonem IV. & Benedictum III. Papas media ſederit?* elucubravi. Hæc tria Blaewius noſter ſub prælum ſuum miſit. Excudit nunc idem primum volumen *Everſionis Vindiciarum Hiſpanicarum*, quas adverſus Regis mei gentem & dignitatem per orbem Chriſtianum diſſeminavit ** *Chiffletius*; quē pro ſuo merito excepturus ſum. Nihil horum in mentem *Dn. de Elz.* veniſſe crediderim; ſed fortè nactus diſſertatiunculam *de Regni Neapolitani jure*

pro

pro Tremollio Duce, ab ejus Legato Principum plenipotentiariis Monaſterii & Oſnabrugis congregatis oblatam, non improbavit, rogatoq; auctoris nomine, *à me profectam* audiit; ſed certi nihil pronunciaverim, nec eam ejus præconio dignam cenſuerim. Si qua in re officia qualiacunq; mea *Dn. Harsdörfferus* deſideret, ſimul ac exegerit, toto affectu benè de eo mereri ſtudebo.

Ad *Dn. Snellium* venio, qui tàm verè *aſſutam Joſepho laciniam* aſſeruit, quàm inconſideratè negavit *Doctor*, quisquis ille eſt, *Jenenſis*; quibus ſe firmamentis ſubnixum putet, divinare, meum non eſt; ratione omni deſtitutum eum, certo certius eſt; nec ad *Cantabrigienſes Codices*, ut hallucinatio ejus revincatur, recurrere neceſſe eſt. Facilè crediderim, antiquiora recentio-

centioribus puriora non eſſe; imò *ante annum 200*, ipſamq́; *Origenis* ætatem, inquinatiora fuiſſe, res ipſa clamat; cum *Origenes* adverſus *Celſum* anno circiter 235, *Euſeb. Hiſt. lib. III. c. 23. Ruffinus* in verſione, *Hieronymus* in Catalago, *Cedrenus, Nicephorus, &c.* Joſephum ſcripſiſſe dicant, *Judæos pro vindicta Jacobi Juſti debellatos, & dira paſſos*; quod nemo in exemplaribus hodiernis, hac in parte ſincerioribus, deprehenderit. Quod de DOMINO JESU ei infartum eſt, *Euſebius lib. III. de Evangel. Demonſtr. lib. I. Hiſt. c. 10.* & ex eo *Ruffinus* & *Hieronymus* genuinum crediderunt; nec advertere dignati ſunt, *ſecundum* Chriſtianiſmi *ſeculum* (ſive *impoſturam* facientium effrænem *audaciam*, ſive patientium *ſecuritatem* planè deplorandam, ſpectare libeat) infeli-

feliciſſimum fuiſſe; nec ullum unquam *fraudes* plures *pias* venditaſſe: Hoc enim, regnante Nerva, *Pſeudo-Eſdram*; Hadriano deſinente, *Pſeudo-Sibyllam*, ſuppoſita *Evangelia*, *Actus*, *Apocalypſes*, *Hiſtorias*, *Prophetias*, propemodum infinitas protulit: Eodem decurrente, immani auſu & *Monarchia divina*, & *Incarnationis veritas*, & *regenerationis neceſſitas* oppugnata eſt; quoq; molimine falſis Chriſtianis commenta ſua pro *Sibyllinis Oraculis* Gentibus obtrudere placuit, eodem & *Pſeudo-Hermetem Triſmegiſtum* ſubornare, & *Hyſtaſpem* confingere, & Joſephum non uno loco interpolare, & *Philonem* cum *Seneca* Chriſtianiſmo imbutos ſomniare viſum eſt; ſed æquè falſò. Ne à *Joſepho afflictis* abſcedam, res ipſa clamat, intruſa eſſe; non enim cohærent præceden-

cedentibus, non ſequentibus; *iiſdem* verò *expunctis ſenſus planus eſt*, ei nihil deeſt; imò priora poſterioribus optimo ordine ſuccedunt. *Antiq. lib. XIIX. cap. 4.* de Judæorum, ob tumultum à Pilati milite cæſorum, calamitate verba cùm feciſſet, ad aliud eorum infortunium, ne ſyllaba interpoſita tranſierat, hæc ad verbum ſcribens: Πολλοὶ μὲν αὐτῶν ταύτῃ καὶ ἀπέθνησκον, οἱ δὲ καὶ τραυματίαι ἀνεχώρησαν, καὶ οὕτω παύεται ἡ στάσις. Καὶ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἕτερόν τι δεινὸν ἐθορύβει τοὺς Ἰουδαίους. Sed *inter utriusque calamitatis narrationem* ſuam de Chriſto περικοπὴν mediam inſeruit, & conſimili audacia lætiores ludos faciens, *cap. 7.* corrupit. Scripſerat *Joſephus*, ταῦτα Ἡρώδης γράφει πρὸς Τιβέριον. Ὁ δὲ ὀργῇ φέρων τὴν Ἀρέτα ἐπιχείρησιν, γράφει πρὸς Οὐϊτέλλιον, πόλεμον ἐξενεγκεῖν, καὶ ἤτοι

ζῶον

ζῶον ἑλόντα, ἀναγαγεῖν δεδεμένον, ἢ κτει-
νομένου πέμπειν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.
Καὶ Τιβέριος μὲν ταῦτα πράσσειν ἐπέ-
στελλε τῷ κατὰ Συρίαν στρατηγῷ. Οὐϊ-
τέλλιος δὲ παρασκευασάμενος ὡς εἰς
πόλεμον, &c. At nebulo, ut ſuo de
Johanne commento locum face-
ret, *narrationis filo abrupto*, poſt
στρατηγῷ *lineas 20.* nec prioribus
nec poſterioribus cohærentes *in-
truſit.* Falſa etiam, & inconveni-
entia, de CHRISTO DOMI-
NO & Chriſtianis ſcripſit; cum
virum ſapientem eum dixiſſet, *vi-
rum* negare maluit, quo argu-
mento? ἦν παραδόξων ἔργων ποιητὴς,
quaſi verò, *quæ præter opinionem fi-
unt*, viro convenire nequeant; ſic
Moſen, *Eliam*, *Eliſæum*, παραδόξων
operatores *viros* jure negaveris.
Secundò falſum, imò Chriſti ipſi-
uſmet verbis, & expreſſæ prote-
ſtatio-

ſtationi contrarium, quod de eo addit, πολλȣ̀ς Ἑλληνικȣ̀ς ἐπηγάγετο. Quos enim Gentiles (ſi *unam Syrophæniſſam*, cujus filiam ſanavit, excipias) convertiſſe legitur? ad eos *ſe miſſum* negat, Chananeam *canem* vocat, & *pane filiorum* indignam pronunciat; Diſcipulos, Evangelii prima ſemina jacturos, *in viam gentium abire, & in urbem Samaritanorum ingredi* vetuit; nec ante *demiſſum cælo linteum* Gentes ad participationem gratiæ ſuæ vocandi poteſtatem fecit; qûi ergo Ἑλληνικȣ̀ς induxerit? *Hæmorrhouſam*, Cæſareæ Palæſtinæ, ſeu *Paneadis*, civem fuiſſe, ex fama narrat *Euſeb. lib. VII. c. 18.* Ab eademq; *ex gentili more* Chriſto poſitam ſtatuam, quam tamen ipſe non viderit; & ſub *Juliano*, poſt ejus mortem, confractam refert *Sozomen. lib. V. c. 20.* Sed de *mu-*

lieris

lieris gente, in *Herodi & Judæorum* terra *ſanatæ*, nihil Evangelium; ut verò *Paneade* ortam demus, non ex ejus converſione conficitur, quod volebat Pſeudo-Joſephus, *multos Gentiles* à Chriſto vocatos fuiſſe. *Tertiò* Chriſtiani ex *Gentibus* & *Judæis*, quo Joſephus tempore ſcripſit, promiſcuè collecti, φῦλον dici nequaquam potuerunt. *Quartò* abſurdum, Joſepho à Chriſtianiſmo alieniſſimo, & ad Gentilium vanitatem magis, quàm Apoſtolorum diſciplinam inclinanti, tribuere, quod *Prophetas* de DOMINO JESU, quem nunquam coluit, *locutos*, aut *die tertia excitandum* prædixiſſe agnoverit. Ut finem faciam, nihil in tota illa παρεμβολῇ, quam Pſeudo-Chriſtiani ante annos 1300, ejus operi aſſuerunt, ſi quid capio,

capio, Joſepho conveniens, nihil (quicquid in contrarium *Jenenſis Doctor* moliatur) ſanum video. Pudeat Chriſti ſervos, mendacia, quia antiquos propitios habuerunt, & credulæ & ad fabulas nimium facili fidelium multitudine fucum fecerunt, tantiſper dum *Nocentius ex Vaticano* adverſus pacem publicam detonet, & Proteſtantibus univerſis dira minatur, mordicùs tueri; & de lana caprina adverſus fratres liberè, pro ſuo jure, quod credebant verius, efferentes digladiari: Deus Opt. Max. univerſos ad pacem componat! Tu verò, *mi Arnolde*, mei in precibus tuis memor, magnis illis Viris, qui de me conſultando mandata dederant, quandocunque ſe occaſio offeret, reſpondebis; meq; acceptæ hujus

epiſtolæ certiorem facies. Vale in Domino. Dabam Amſtelodami A. D. 1651. 8. Kal. Martias.

EPISTOLA XVIII.

CHRISTOPHORO ARNOLDO

Abrahamus Whelocus

S. P. D.

Longisſimæ *de hoc teſtimonio* literæ *Wheloci* perierunt. *Joſephi MS.* nullum in Bibliotheca Cantabrigienſi. *Joſephum appellat* nobilem Judæum, *nec non*, oculatisſimum *&* optimum Judæum, *item*, Virum probum, *&* nobilem Scriptorem. *Hanc pericopen* Chriſtianæ Eccleſiæ gemmam *vocat. Fundamenta fidei Hiſtoriarum infantiæ non committenda ſunt. Angli Germanos amant.* Arnoldus *quidam in Epiſt.* ad Diegum *fatetur, ſe teſtimonium illud in Cod. MS. inveniſſe. Antiquitas pro eodem*

eodem allegatur. Euſebii *encomium, & locus.* Sozomenus *Joſephum* laudat. *Is ipſe ex Joſepho* Chriſti divinitatem *adſtruit. Editio* Perſicorum Evangeliorum *promittitur.*

SAlve, *Ornatiſſime Domine Arnolde:* Gratulor mihi jucundiſſimam amicitiam tuam, cùm multas ob cauſas; tùm propter illam potiſſimùm, quod veritati impenſiſſimè faveas, & nobilium Polyhiſtorum veracitati. Literas quidem, easq́; prolixas, elegantioribus tuis reſponſorias, accepit à me delicatulus civis noſter, & juvenis, *Baretius;* ſatisque (ſi illum probè noveris, quod in laudem dico) λογοδαίδαλος. At ille (quas acepiſſe ſe (& lætor hoc teſte) fatetur, legatas ait per comitem quendam Legati, Lugdunum Batavorum. Verùm ego in via excidiſſe ſentio, & doleo; ſed

dolorem minuit amiſſi epiſtolii, cum ipſo doctiſſimo Te, & comtiſſimo viro tàm propinqua confabulatio; & propinquior in poſterum, ſi Tibi huc ad hanc civitatem noſtram, & *Athenæum antiquiſſimum*, veniendi ſors tua attulerit. Aisné (Vir præclare) famigeratiſſimam & decantatiſſimam illam περιοχὴν *Joſephi lib. XIIX. Antiq. cap. 4.* tot in Germania viros celeberrimos exercuiſſe? & diſputationes acerbiores inter illos jam, neſcio quàm levi, aut planè nulla de cauſa ortas; easque auctiores demum factas *fabula* quadam & *ſomnio*, Bibliothecam *Cantabrigienſem Codicem habere MStum*, qui eam particulam, ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν (ut in prioribus literis tuis) non habebat? vel (ut in proximis hisce) licet iſthæc apparebat quidem, ſuppoſititiam *Doctor eximius*

Jenen-

Jenenſis fortè ſuſpicatur? Sed nec verum, nec ſuppoſititium, hoc eſt, nec verum (in hanc ſententiam) nec (quod mireris) falſum, affirmat Codex MS. Bibliothecæ publicæ Cantabrigienſis: Qualem Codicem MStum neque hodiè, neque majorum noſtrorum ætate vidiſſe autumo, imò credo, Academiam noſtram. Neque hinc ajo, magnum illum Theologum falſum eſſe, fallacia certè & ſuſpicione fraudis *majorem*; Doctorem quippe in Academia nobiliſſima veritatis ſupremæ Profeſſorem: Nam, ut hominem tamen ſcias, & licet non fallere, at falli; vel ad fallendum proclivem, quod aut *Oxonii* vidit, aut *Londini*, alibivé; non mirum, ſi vir occupatiſſimus, locorum & rerum multarum oblitus, putaret, vidiſſe ſe *Cantabrigiæ*. At liceat

mihi & hoc etiam atq; etiam premere: Si tale quippiam contra fidem illam *nobilis Judæi*, in MSto ullo Codice vidiſſet, proclivior ego ſum, ipſe ut credam, *ipſam* etiam *corrumpi magis antiquitatem*; quàm ut tàm glorioſum & ſpectabile inter ipſos convertendos Judæos teſtimonium aut extingueretur, aut ullo modo premeretur. Tollatur è medio potiùs, atque penitùs è mundo, *Flavius Joſephus*, quàm ut illam à Chriſtiana Eccleſia *gemmam* (illam intelligo περιοχὴν) tolli patiamur. Verùm (Vir eruditiſſime) veritas palmam, non fraus ſpecioſa pietatis ceruſſa, obtineat: Idq; vel maximè, cùm admiranda & veneranda canities antiquitatis acceſſerit. Cur non ipſe *oculatiſſimus*, & *optimus Judæus*, ſi quis illa ætate ullus, diceret; cùm nihil, præter quàm, quod *virum*

rum probum decuit, dixiſſet. Faveant Judæi, ſi & quod valdè volumus, & in illam juramus ſententiam, facilè credimus: Sed non adeò faciles, qui *fundamenta fidei* noſtræ, Petra æterna in cœlo fundata, *fragilitati* aut *infantiæ hiſtoriarum* committamus. Sed non ingratum benevolis veritati Chriſtianis, ſi antiquitas, atque etiam novitas (licet in multis clauda utraque) eant currantvé, ut poſſint, in ſententiam noſtram. Liceat mihi in cauſam hanc vitæ æternæ noſtræ à Joſepho, homine Judæo, non ſine mira Dei providentia defenſam (hinc à *Cantabrigia* in *Germaniam* veſtram, & noſtram quoque (*è Germania etenim nos oriundos gloriamur*) unum et alterum ſpargere argumentum.

Alter familiæ tuæ (Vir egregie)

 &no-

& nominis, *Arnoldus*, Vir eruditione atque auctoritate conſpicuus, *in epiſtola ſua ad Nobiliſſimum Diegum*, in laudem editionis Flavii Joſephi data, ante illam Joſephi Hiſtoriam typis mandatam, *eandem* videbat *Codice MSto diſertè demonſtratam*. Numquid deſiderant MStum Codicem in hoc teſtimonium Chriſtiani? rogitent manes Domini *Arnoldi* illius τȣ μακαρίτȣ; aut rogitent librum hunc, quem verſamus, in lucem datum: *Unde tu liber impreſſus originem ſortiris?* à fonte, reſpondet, antiquitatis, & Codicis, è Græcorum ſcriniis huc ad oras Occidentales venientis MSti. Tantum certè MSto Codici *Venetorum*, aut *Baſileenſium* tribuendum, quantum *Cantabrigienſi*, ipſa experientia ſatis proclamat.

Quid, quod hoc ipſum de CHRI-

Digitized by Google

CHRISTO teſtimonium, ut ab antiquis uſque temporibus, inter Hiſtoricos, veritatis cuſtodes, receptiſſimum, ornare geſtiat *Euſebius*, autor ſanè, in quem (ut hiſtoricarum rerum mirabiliter gnarum) nemo vel demum hiſcere audebit. Sic ille, vel ipſius Joſephi hac in re diſcipulus, *lib. I. Eccleſ. Hiſt. cap. 11.*: Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, Ἰησοῦς τις σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής. Διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν σὺν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων. Καὶ πολλοὺς μὲν τῶν Ἰουδαίων, πολλοὺς δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ ἀπηγάγετο. Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. Et ut eundem eſſe Chriſtum, quem fatemur, noſtrum, agnoſcamus; ita paullò poſt reſurrectionem depingit: Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἡμέραν ἔχων πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων.

 Hæc

Hæc *magnus* ille *hiſtoricæ veritatis myſtagogus* nobis reliquit. Nec non *Sozomenus* (in eodem argumento & multus quidem, & dilucidus) *lib.I. Hiſt.cap.1.* Necipſum gravat auctorem Joſephum ſtilo celebrare: Ἰώσηπος ὁ Ματθίου ὁ ἱερεὺς, ἀνὴρ παρά τε Ἰουδαίοις καὶ Ῥωμαίοις ἐπιδοξότατος γενόμενος ἀξιόχρεως ἂν εἴη μάρτυς τῆς περὶ Θεοῦ ἀληθείας. Ἄνδρα μὲν γὰρ ἀποκαλεῖν ὀκνεῖ, ὡς παραδόξων ἔργων ποιητὴν, καὶ διδάσκαλον ἔργων ἀληθῶν. Et ne quid admirandæ huic deſit *nobilis* quidem *Scriptoris* auctoritati, CHRISTI etiam ex eodem Joſepho *Divinitatem* ſic paullò poſt planè adſtruit: Καὶ μοὶ δοκεῖ ταῦτα ἱστορῶν μονονουχὶ βοᾷν ἀναλόγως τοῖς ἔργοις Θεὸν εἶναι τὸν Χριστόν, ὑπὸ δὲ τοῦ παραδόξου πράγματος καταπλαγεὶς ὡδίπως μέσος παρέδραμε, μηδὲν τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύ-

πιςεύουσιν ἐπισκήψας, μᾶλλον ἢ καὶ συνθέμενος. Sic argutè pieq́; , atq; intrepidè *Joſephus*; atque è Joſepho *Sozomenus*, non contra veritatem quantillumcunque muſſitantes, pro veritate contendunt.

In *Perſica Evangelia*, prelo brevi mandanda, pro virili adlaboro: Characteres cùm & grandiores non adeò terſos nacti ſumus, *annotationes multas*, oræ libri dandas, ſubterfugio. Vale, *Vir Clariſſime*, & meis horridioribus, & Perſicis apicibus vexato interdum, ignoſcere digneris.

Cantabrigiæ, Auguſti 12.
CIↃ.IↃC.LI.

EPISTOLA XIX.

JO. FREDERICO KRESSIO à KRESSENSTEIN,

Thomas Lanſius
S. P. D.

Teſtimonium hoc olim nequiter eraſum *ſtatuit. Criticorum cenſuram improbat. Semper* pro genuino *habuit. Ex hoc ipſo non ſtatuminandum Chriſtianæ religionis myſterium. Chriſtus in* S. Scriptura *quærendus eſt, quæ* ſola *nobis cy*noſura.

Nobiliſſime KRESSI, *Amicorum Chariſſime*!

SCheda à *Dn. Arnoldo* P.P. Norico miſſa fuit, omninò mihi gratiſſima: quippe quæ nova me beavit amicitia. Quod theſauri genus ego in primis facio magni,

gni, tanquam ſuaviſſimum ſe-
ſtutis præſidium condimen-
nq́;. Quod autem ad locum
Joſephi ex *lib. XIIX. cap. 4.* pro-
ctum attinet, ſic breviter acci-
. Quamvis non ignorem, &
m fuiſſe nefarios λειποδέρμους,
i alicubi tàm illuſtre JESU
HRISTO teſtimonium ne-
iter eraſerint; ſciam quoque,
titiſſe poſtea nonnullos, qui
iticam cenſuram admolientes
eco illi Livio (uti à *D. Hieronymo*
norificè appellatur Joſephus)
em memorabilis dicti εἰς ἐκάπ-
raptaverint prælicenter: nihil-
ninus ego *ſemper in ea ſteti ſen-*
tia firmus, Joſephum *ſingulari*
vini Numinis impulſu de JESU
HRISTO *veritatem ſcripſiſſe;*
ctenus tamen me æſtimare te-
moniũ Joſephicum, ut credam,
rumChriſtianè facturum illum,

 qui

qui eo ſacroſancta Religionis noſtræ myſteria & capita ſtatuminare velit. In talibus enim S. Scripturam ſcrutari, CHRISTUM ipſummet in Verbo revelatum audire & ſequi debemus. Et erraverit, qui aliam Cynoſuram finxerit. Nec plura addere poſſum, negotiis aliis impeditus. *Hoc unum* Te rogo maximopere, *mî Kreſſi*, ut & *Nobiliſſimum Dn. Parentem Tuum, Summatem, atq; de Repub. optimè meritum Virum*, ut & CL. Dn. Arnoldum honorificè & officioſè ſalutes. Ita vale ſuaviſſime Amicorum, & me amare perge. Tubingæ, 7. Jul. A.C. 1657.

Tuus omnibus officiis.

EPI-

Epistola XX.

CHRISTOPHORO ARNOLDO

Jo. Henricus Urſinus S. P. D.

Amicitiæ pactum. De multis, non penitiùs excuſſis, non dubitamus, facilè credentes Scriptoribus. Rationes duæ Cloppenburgii. *Dubia* Cappelli *reſponſio.* Bellarminus, verum *eſſe hoc teſtimonium, cenſet. Gorionides* fabulator. *Hujus* contrarium *de Jeſu Nazareno* judicium. *Jeſus quidam ante nativitatem Domini noſtri. Ratio* prima *dubitandi, quod Flavius Prophetarum* vaticinia frigidè *explicuiſſet.* Secunda, *qui factus tàm* citò Chriſtianus *eſſet?* Tertia, *videtur* gloſſema *interpoſitum. Flavio* non adeò cordi *fuit* religio. *Nova ſententia, hanc pericopen* non inſertam, ſed interpolatam *fuiſſe.* Semi-

Judæi,

Judæi, *ut &* Pagani, *honeſtiùs de Chriſto locuti. Hoc judicio veteres quidam abuſi ſunt.* Contraria *quoq;* ſententia *expenditur.* Gorionides *etiam aliquam* Jeſu Nazareni, *ex Flavio fortè*, mentionem *facit. Ejus* σκληροκαρδία *Judaica. Modeſta* Urſini ſententia. *Aliqua Jeſu* mentio, *ſed* non talis. *Ipſe* Origines aliter, ac nos *hodiè, legit. Jeſus noſter* ſuffragio *iſtorum*, qui foris ſunt, *non indiget.*

PRævoniſti, *Amice exoptatiſſime*, & amoris nexu feciſti me tuum. Ea enim, amicitiæ indoles eſt, ut inter eos, quos ſtudiorum morumque, & adeò animorum ſimilitudo conciliat, facilè coaleſcat. Habeo à Te pignus geminum; elegantiſſimum munuſculum, & amabilem judicii errorem, quo labi ſolemus amantes omnes. Δειναὶ γὰρ αἱ εὖνοιαι διεκλέψαι τὰς ψήφους. Ita oculis amor ſolet glaucoma objicere, ut majora

ı videamus, aut plura quàm
t, quæ amamus. Habeo pro
ıque maximas gratias; rela-
us pro iſto proximè, *ἀντιδώρῳ*
dem impari, pari tamen affe-
. Ñam in amore non ſinam
ıi primas eripi. Et tametſi Tu
:vorteris, alacriter ad hanc
dem contendam æquo paſſu.
ſtes erunt hæ meæ deprope-
e, inter Scholaſticas occupa-
ıes, eo ferè articulo, quo tuæ
ıi reddebantur. Erubeſce-
n enim relinqui, & poſt pri-
ım mutuæ humanitatis offici-
ı præreptum, ſecundum mihi
ıdicandum arbitrabar. Erant
rulæ illæ diribitioni præmio-
n Scholaſticorum conſtitutæ,
ıpl. Senatus decreto, cui me
oque cumDnn. Collegis Scho-
chis intereſſe oportebat. Quo
mine excuſationem mihi para-
tam

Digitized by Google

tam velim, ſi exſpectationi tuæ non ſatis fecero. Quanquàm quo jure vos, quibus ab ineunte ætate optimis Magiſtris in capaciſſimo illo Philologiæ ſtudio uti licuit, à me in iſto genere aliquid expectatis, cui ætas in concionando ferè omnis exacta eſt, non video. Malui tamen maciem ingenioli mei, ut cum Symmacho dicam, publicare, quàm ſpem tuam fruſtrari.

Quæris; quid de Joſephi, Ἀρχαιολογίας Judaicæ conditoris, teſtimonio, quod Salvatori noſtro perhibuiſſe legitur & creditur, ſtatuam? Exponã paucis: Quantisper nulla dubitandi eſſet cauſa aut ratio; ſic à pluribus laudatum Scriptoribus antiquis & recentibus approbabam, ut ſolemus, cum rem non penitùs excutimus. Primus injecit ſcrupulum *Cloppenburgius in Ep. ad Ludov. Cappellum*, Am-

ſtelodami edita anno 1643.
ritò, inquit, ſuſpecta videan-
, quæ iſthic de Chriſto dicun-
. Quid ita? *Primò,* quia illius
λοχῆς, ita pergit, nulla eſt cum
ecedentibus & ſequentibus
nexio. *Deinde*, quia veriſi-
e; fuiſſe illo loco à Joſepho fa-
m Chriſti mentionem ejus-
di quæ ἀναλόγως perfidiæ Ju-
cæ, blaſphemam habuerit
nexionem cum ſequenti hi-
ria, ſcilicet de Paullina à De-
Mundo imprægnata. Hinc
ijicit, caſtigatum à Chriſtiano
uo, caſtratumque Joſephum,
ertamq; hanc περιοχὴν ἀσύνδε-
Reſpondit *Cappellus*, & συνά-
ιν quidem conatus eſt in hiſto-
Joſephi oſtendere; de teſti-
nio verò ipſo, obelóne confi-
et, an calculo ſuo approbaret,
vide-

videtur mutaviſſe. Ego tùm quidem hanc velitatiunculam annotavi ad *Bellarmini* Scriptores Eccleſiaſticos, qui verum & germanum hoc eſſe Joſephi teſtimonium, cenſet; & Hebræos refellit, argutantes; illud in ſuis libris, in *Joſepho Gorionide*, non haberi, & ideò ſuperadditum videri. *At in* eo ipſo *fabulatore*, qui Joſephi hiſtoriam ſic in compendium miſit, ut nugis ſuis paſſim corruperit, de Jeſu Nazareno contrarium, etſi ſubobſcurum, repereram elogium, *ἀνάλογον* planè Judaicæ blaſphemiæ, quæ in Talmude apertius eructatur: quod quidem in meo libro *pag. 82.* legitur. Nam quod Viri quidem docti hoc Gorionidæ, *alteri* cuidam *Jeſu cognomini* tribuunt, qui *centum & decem* circiter *annis* Dei ac Domini noſtri nativitatem in terris præceſ-
ſiſſet,

ſiſſet, vereor ut rem acu, de quo *Gregorius Gregorii Francus in Lexico Sancto p. 102.* Itaque mihi dubiam traxit ſententia mentem. Argumenta, quæ animum huc illuc dividebant, ut calculum interim ſuſpenſum tenerem, accipe: *Primò* ſciebam, quàm frigidê Joſephus alibi diſerta Prophetarum, de Chriſto Rege è Judæis prodituro, eique æterno & ſine fine dato imperio, vaticinia explicuiſſet; ſuisq; applicuiſſet. *Deinde*, non poteram ratione aſſequi, quî tàm citò fieri potuerit Chriſtianus? *Tertiò*, ſuſpectum omninò erat illud: ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. Gloſſema à pio aliquo interpoſitum, non poteram non arbitrari. Nam cætera, quæ præcedunt, quæq; ſequuntur, talia ſunt, quæ à Judæo, *homine* imprimis *politico*, &

cui

cui *religio non adeò eſſet cordi*, ſcribi potuiſſe videantur, ſi paucula hinc inde ſubtrahantur. Ut totam περιοχὴν *non inſertam, ſed interpolatam* potiùs divinârim. Ita enim de Domino judicat, quomodo & alii *Semi-Judæi* olim, & *Pagani* fortè ipſimet; quorum oracula, ſi non & illa hypobolimæa, fuiſſe dicunt, -- σοφὸν, τερατώδεσιν ἔργοις: Uti Joſephus totidem fere ſyllabis, σοφὸν, παραδόξων ἔργων ποιητήν. Adhæc piæ iſtius fraudis non ignorabam plurima manifeſtiſſima exempla, qua tamen quo judicio Veterum quidam abuſi fuerint, neſcio: *Veritas nuda pulcherrima non egebat iſto mangonio, &c.*

Ex adverſo, ne cenſoria virgula damnarem totum illud teſtimonium, non pauciora vetabant. An aliquis Veterum Doctorum *ante Originem* illud citarit, non recolo.

colo. Ille verò ſic adducit, ut, ne vacillaret fides, tibicinibus quibuſdam ſubſtruxerit. Locus eſt *lib. 1. contra Celſum* poſt medium. Certè qui *Johanni Baptiſtæ* tàm præclarum tribuit elogium, qui injuſtæ cædi *Jacobi Juſti* imputat ultimam cladem Judæorum, urbisque ἅλωσιν, cur de *Jeſu Nazareno* non aliquid in partem meliorem teſtari potuerit, equidem non video: ſed neque *hiatum in hiſtoria*, eo loco, quo de hoc mentionem fecit: occupatur enim in variis eventis enarrandis. Nec in Annalium Scriptore requiritur talis connexio. Ipſe ille nugo Gorionides, de Jeſu Nazareno aliquid ſe reperiſſe in Joſepho, inſinuat. Quod verò tempora confundit, & in *Ariſtobuli* regnum eum removet; ac denique *de doctrina*, *& miraculis tacens*, de ſola com-

Digitized by Google

comprehenſione & ſupplicio, garrit, more ſuo ſolens facit: ut σκληροκαρδίαν & nigrum illud fel hominis Judæi manifeſtè videre ſit. Nam de Johanne Baptiſta contra, quàm magnificè, יוחנן כהן גדול, *Johannes*, inquit, *Sacerdos magnus*. Quid multa? ſi ſententiam mihi, ut pedario, ferre licet, ita cenſeo: Videri planè, *de Jeſu Nazareno honeſtam aliquam feciſſe mentionem; non tamen ejusmodi, qualis hodiè legitur*: *Prius* ideò; quia non reperio cauſam, cur hiſtoriam tàm celebrem debuerit, aut & potuerit, prætermittere? & quia de Domini præcurſore, ejusque fratre dicto, Jacobo, non ſine laude, hiſtoriam texit: Nam ſi eam quoque in dubium vocaverimus, quid certi relinquemus? Si hoc argumentum in Schola tractandum

Digitized by Google

dum haberem, pro mea ſententia adferrem *voluntatem* Joſephi, & *facultatem*, & *ſigna*, & *circumſtantias*, & *teſtes* tot *Eccleſiaſticos*: his cauſam, *in ſtatu conjecturali*, apud æquos Judices, me obtenturum confiderem. *Poſterius* verò cur videatur, argumenta jam dedi, & quidem *palmarium*: quia perſonam, non credo quenquam fore, qui ſtatuere poſſit tàm fuiſſe Chriſtianam, quam hoc ejus teſtimonium eſt. Et niſi me *Gelenii* interpretatio fallit (nam Græcum exemplar non erat ad manus) *Origenes* ipſe indicat; *ſuo adhuc ævo non ita lectum* fuiſſe illud in Joſepho: ait enim, Joſephum *Jeſum noſtrum parùm agnoviſſe pro Chriſto*; quaſi dubitarit. At qui teſtimonium ejus, ut hodiè extat, & ut *poſt Origenem* primus fortè *Euſebius*

adduxit *lib. III. Demonſtr. cap. 7.* & *lib. I. Hiſtor. Eccleſ. cap. 14.* legit, ſi dubitaſſe Joſephum putet, oculos ſuos mentemq; amiſerit oportet. Hæc, quoniam ita jubebas, extemporali ſtudio; plura tamen, quàm propoſueram: Qua cauſa abſtinui citata loca ex *Origene, Euſebio, Gorionide, Bellarmino, Gregorio Franco*, & ex amica collatione *Cloppenburgii* ac *Cappelli* inprimis, exſcribere. Qualia tamen, ut in Lectorum conſpectu ſint, ſi doctiſſimorum illorum Virorum judiciis, quæ editurum in Te recipis, ſubjungantur, non putem ingratum fore, aut ſupervacaneum.
„ Denique quicquid ſit, habet Jeſus noſter, qui eſt Deus
„ ſuper omnia benedictus, teſtes
„ ſuos omni majores exceptione: neque enimverò neceſſe
„ eſt, prenſare illos, qui foris
ſunt:

Digitized by Google

ſunt: & emendicare ſuffragi- "
um. Ajant, non ajant, nihil il- "
li accedit, nihil decedit.

Salve, Virorum optime, amicorum deſideratiſſime; & ſi verboſitate offendo, Tibi imputa; qui, quod ajunt, cicadam ala; Tu boni hæc conſule, & ut cœpiſti, amare perſevera.

Ratiſpon. 23. Martii, 1659.

NOTA: In proximis ſuis Vir Excellentiſſimus, unum atque idem ſe cum *Dav. Blondello* ſentire, ſignificavit his verbis: *Cum Clariſſimo* Blondello *de tempore conficti aut ſalſati teſtimonii illius plane mihi convenit. Eo ipſo die ſcribebam contra eos, qui Mercurium Triſmegiſtum, Zoroaſtrem, Sanchoniathonem, Scriptores Moſe antiquiores nobis obtrudere volunt, ut nuper in Oedipo ſuo Kircherus; & cenſebam,* pleraque *id genus ſcripta partim ab* Hæreticis, *partim* à Magis, *qui ſe* Platonicos *appellabant*, altero *poſt Chriſtum* Seculo *videri excuſa, &c. De quo aliàs plura.*

Epistola XXI.

CHRISTOPHORO ARNOLDO
Jo. Chriſtophorus Wagenſeil S. P. D.

Locus genuinus *eſſe* videtur. *Ut aliquis locus pro* corrupto *habeatur*, evidens neceſsitas *requiritur*. *Provocatio ad veteres Codices*. Conveniens *Servatoris noſtri* mentio. *Joſephus* ex aliorum ſententia *loquitur*. *Ejuſdem* Joſephi phraſis *eſt*. *Verbum* ἐπιλυμάω *urgetur*. Freinshemius *contrà* ſuppoſititium *eſſe*, *affirmat*, *ob* locum inconvenientem, ævi iſtius fraudem, & phraſin diſcrepantem. *Joſephi Ebræi*, *ſive* Gorionidis, *Codex* in Vaticana *hodienum exhibet* abraſum à Judæis *teſtimonium*. Gorionidem *fortè* alium *vel habent*, *vel habuerunt* Judæi. *Spes* Polybii, cum Animadverſionibus *celeberrimi* Bœcleri, *proximè* prodituri.

Veniam

VEniam deprecor, *Reverende Vir*, ſi parum in tempore ad tuas reſcribo; nec enim voluntas defuit, multò priùs hoc officio defungi; facultatem autem cauſa gemina hactenus ademit. Nempe veredarius, qui tuas cum cæteris attulit, dum itinere Baſileam confecto, reverſurum ſeſe, unaque laturum, quæ remittere vellem, fidem dederat, fefellit eam; & per dies tàm multos ſuſpenſum me tenuit, qui ejus inprimis opera uti decreveram; ut ea occaſione unum & item alterum exercitium Academicum epiſtolæ adjungerem, quæ cum vili comitatu apud internuncios viam minus commodam inventura eſſet. Cæterum dum vehementer mihi formido, ne aliqua ſiniſtra de mea tarditate oboriatur ſuſpicio, quod in præſentiarum

rum queo, me velle neceſſitas jubet; quamq́ue olim faſtidiveram occaſionem, arripere, aliaq́ue alium in diem reſervare. Quare, ſi jam animus nulla ſui parte oſtendere poteſt, quanto Tibi devinctus ſit opere, quod denuò de *Vorſtii ad Lipmannum* collectis benignam ſpem feciſti; erit tamen, cum ejus clariſſima documenta edam, efficiamq́ue, ne Te hujus favoris pœnitere poſſit. *Joſephi locum* quod attinet, egi ea de re cum N. N. qui ſuam, & magnorum anteſignanorum, *Schmidii, Dannhaueriq́*, mentem teſtatus, *genuinum eſſe* locum illum, nec ab aliena manu intruſum; proq́ue hac ſententia pugnare principiò immotum illud: *Nullum locum pro corrupto habendum, niſi id nos facere evidens compellat neceſ-*

neceſſitas; quam in hoc negotio obtinere, nondum à quoquam eſſe evictum: Nondum productos veteres Codices, in quibus fragmentum illud abeſſe conſpiciatur: Gratis fieri, quod quidam aliena in ſede illud locatum cauſentur; nam *convenienter ibi Servatoris mentionem injici*, ubi ejus ætatis Romanorum Præſidis res geſtæ pertractantur: Fatendum, primo adſpectu verba *majus quid* præ ſe ferre, *quàm ut à Judæo prolata* videri queant; ſed accuratiùs conſiderantibus talem ſenſum admittere, quaſi *non ex ſui animi, ſed aſſeclarum Chriſti ſententia* loquatur: Denique ipſum *dicendi genus Joſephi phraſin* quàm maximè *redolere*; & verbum ἐπιλιμάω aliis non ita facilè, Joſepho autem, eo, quo hîc occurrit ſenſu,

paſſim frequentatum. Hæc ferè ſunt, quæ Vir laudatus mecum communicavit; quæ an Tibi ſatisfactura ſint, etiam atque etiam dubito: Nam, ut ingenuè fatear me quoque ἀναμφισβήτητον relinquunt; quanquam de iis nunc quidem diſquirere, parum intereſt; attamen & ipſi ſtatim regerebam, *duo*, in quæ maximum robur collocaret, minus, quàm pro opinione eſſet, conficere; nempe illud de *aliena hypotheſi* contortum eſſe, & *verbum* illud ἐπιπελμηκότος, quod urgeret, id quidem in mea editione non comparere. Annus nunc agitur, cùm Heidelbergæ agerem, ibique Ampliſſimum *Freinshemium* aliquando convenirem: tùm vario ſermone etiam ad hunc nobilem locum deventum nobis eſt; cumq; illius judicium expoſcerem, *ſuppoſititi-*

um

um illum ſibi videri, ſeriò edicebat, cauſas allegans, quod *loco minimè convenienti* de Servatore mentio inſtituatur; quæ alibi multò fieri poterat commodiùs, ſi tale quid Joſephus ſcribere præſumſiſſet: notum eſſe, quid *illo ævo* in aliis *ad arripienda undecunque contra infideles argumenta* ſit commiſſum: denique nimium quantum *diſcrepare phraſin* τῆς περικοπῆς iſtius *à recepto* Joſephi *loquendi genere*; & *Angli* vel *Galli* alicujus (nomen memoriæ excidit) noviter editas *quæſtiones epiſtolicas* producebat, qui fuſè operoſeq; hæc probabat. Operæ pretium erit, & illud hoc loco ſubjungere; quod, cùm olim in Auſtria apud Illuſtriſſimum, & incredibilis eruditionis lectionisq; Heroëm, *Theophilum, Comitem de Windiſchgrâtz* hoc de argumento quæſitus, pro

 tenui

tenui anguſtaq́; re noſtra aliqua diſſererem; illudq́; *Baronii* commemoraſſem, prodentis, inventas fuiſſe Romæ membranas vetuſti voluminis, *Joſephi in Ebræum converſi*, in quibus malitia Judæorum *abraſum* fuerit illud *teſtimonium*; ipſus adhuc hodiè in Vaticana illud aſſervari, ſibiq́; oſtenſum eſſe, ſubjecerit. Certè jure meritò dubitandum videtur, annon præter illum, quem Hebraicè atque in vernacula noſtra nobis dedere Judæi *Gorionidem*, aut potiùs ex ſeſe finxére; alium vel habeant, vel habuerint in ſecretioribus theſauris; deq́ue eo, niſi totus fallor, capiendus *R. Gans parte priore* ꝰ צמח, *pag.38.b.* Apertiſſimè *Juchaſin pag. 24. b.* מצאתי ביוסיפון בן גוריון גדול, qui num genuinus horum locorum ſenſus ſit, Tu nos, Vir Clariſſime, quod precor,

precor, edocebis. De incomparabilis *Bæcleri* mente nihil adhuc conſtat; & ne quid diſſimulem, is altera cauſa eſt tarditatis in ſcribendo; ſcilicet pauci ſunt dies, ex quo ejus familiaritate gaudeo: & absque Te fuiſſet, tuisque juſſis, nunquam fortè illi innotuisſem. *** Tanta humanitate & benevolentia me non ſolùm excepit, ſed etiam poſtridiè nos rurſus inviſendo ita ubertim ejus perpetuitatem pollicitus; ut magnæ potiùs rei, quàm illius favoris jacturam ferrem. Quod Joſephi locum concernit, calamo ſe magis quàm ore animi ſenſa declaraturum, ultrò ſtatim ſpondebat; quod gauderet de oblata materia & Tibi mihiq; inſerviendi: nondum autem fidem liberavit, etſi die abhinc tertio rurſus promiſſi eum admonui; excuſat au-

tem Virum eruditiſſimum, quod acidulas potat, ne ægrè feramus hanc moram. Certum eſt, limata & docta futura, quæ ipſe ſuggeret; inprimis cùm Joſephum familiaris & domeſtici loco habeat, atque à *Gothofredo*, *Spanhemio* patre, *Forſtnero*, *Palmerio*, aliis ſæpè ſit admonitus, librum commentarium ederet; in quo quanquam ipſe, utpote qui ab aliis nullam quietem habet, deſperet; tamen variis hactenus de Joſepho diſſertationibus ſalivam eruditioribus, majusq́; deſiderium movit. Amſtelodami propediem evulgabitur ejus cura adornata *Polybii* editio *cum Animadverſionibus*, quibus maximam partem bellica pertractat. Vale, & ignoſce feſtinanti calamo, quo ſcripſi ipſis Nonis Jun. Argentorati, 1660.

Digitized by Google

EPISTOLA XXII.

JO. CHRIST. WAGENSEILIO,

Illuſtriſſimi Comitis Hardeccii, &c. Ephoro, omnibus ad id muneris ingenii dotibus & animi artibus inſtructiſſimo, &c.

Jo. Henricus Bœclerus
S. P. D.

Scripſiſſe ea Flavius videtur, quæ Patres, *&* *alii hactenus eruditi, conſtanter* allegarunt. *Codicum* per tot ſecula *conſenſus.* Cohæſio *antecedentium ac ſequentium accuratè* examinatur. *Accedit* lectionum varietas. *Mitigatio eſt*, Credebatur, *pro*, Erat. *Vox Græca* ἔνδειξις *hîc* non habet invidiam. *Hieronymi conſilium*, cur dubitarit? *Joſephus hæc ipſa*, ſi ſcripſit, non credidit. *Non vidit* oculis Chriſtianis. Παράδοξα ἔργα *non ſunt* Meſſiæ miracula, *à Prophetis de-*

ſcripta. Periphraſis ſectæ Chriſtianorum. *Oſtenditur & ſtilus & ſententia eorundem.*

GRatulor Academiæ noſtræ plurimùm de *Illuſtriſſimi DN. Comitis Hardeccii* indole, & Tua ſingulari virtute; mihi autem privatim gaudeo de amico tàm exquiſitæ eruditionis, & ad eam æſtimandam parum in me opis eſſe, lubens meritoq; agnoſcam atque ſentiam. Quanquam enim S. literarum ſtudio inde à pueris flagraverim,& quæ ex Hebræis fontibus, aliisque linguis Orientalibus peti vel poſſint vel debeant ſubſidia, non ignoraverim; multum tamen de qualicunque Hebraicæ literaturæ peritia detraxit aliorum ſtudiorum aſſidua exercitatio, quæ non patiebatur me Rabbinorum loculos excutere; aut, quantum vellem, illo-

illorum diſciplinæ vacare. Quo fit, ut nec rariſſima Judæorum monumenta MSS. quæ magno numero poſſides, eo, quo par eſt, judicio penetrare, nec Tua in his rebus ſingulari doctrina, ſatis frui valeam. Veneror tamen, & *in bonis ſeculi* numero *has opes*; Deumque precor, ut rempublicam literariam, hac tàm rara eruditionis parte, Tui ingenii viribus attollat ornetq;. Petis autem, ut in gratiam Amici Tui, viri doctisſimi, quid mihi de elogio Chriſti Servatoris noſtri apud *Fl. Joſephum* Judæum (*Antiquit. lib. 18. c. 4.* vel *6.*) videatur, exponam. Non ſunt mihi nunc ad manum aliorum libri, quibus ſuam de hac re ſententiam conſignarunt. Igitur, cùm Tuæ voluntati repugnare fas non eſſe credam, vel cum periculo æſtimationis meæ, aliquid diſſe-

diſſerendum mihi video: quod Tu excuſabis, primùm Tibi, deinde & aliis. *Scripſiſſe* ea Joſephum, *& his ipſis verbis*, quæ hodiè legimus, *ſcripſiſſe*; pauci ſuſtinuerint dubitare. Retulit in ſuam Hiſtoriam Eccleſiaſticam *Euſebius*, interpretatus eſt *Hieronymus*; deſcripſerunt avidè juniores, viri magni multi, eruditi: quibus vel judicium vel curam abfuiſſe, nemo auſit ſuſpicari. Accedit *Codicum* Joſephi *conſenſus*, per tot ſæcula propagatus. Sunt tamen aliqua, quæ conſiderari probè mereantur, ſi rem in expedito eſſe non ſinant. Quomodo *hæreat* iſta narratio iis, quæ *antecedunt*, & quæ *ſequuntur*, non examinabo curioſiùs. Præceſſerat de *incommodo Judæorum*, quod *ſua* ſibi *ſeditione* acciverant: Sequitur, cum nota connectendæ hiſtoriæ, ϗ ὑπὸ τὰς

αὐτὰς

αὐτοὺς χρόνους ΕΤΕΡΟΝ τι δεινὸν ἐθορύβει τοὺς Ἰουδαίους; *ſub idem tempus & ALIUD incommodum Judæos perculit.* Hoc ALIUD pertinet *ad comparanda & connectenda incommoda:* quibus accenſeri non poteſt, quod *de Jeſu interjectum* eſt, nulla *ratione contextus* apparente. Ita ut hoc ἀποσπασμάτιον *inſertum ſine occaſione*, ac veluti *in medio deſtitutum* videatur. Varietatem lectionum, quæ in *Joſephi* Codice, *Euſebio* , & *Suida* (voce Ἰώσηπος) occurrit, nolo in argumentum ſuſpicionis trahere; niſi quod majoris ad dubitandum momenti eſt, quod in *Joſepho* legimus, cæterisq; Græcis Codicibus: ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν, in *Hieronymo* autem: *credebatur eſſe Chriſtus.* Facilè autem crediderim, Hieronymo idem viſum eſſe, quod cuivis diligenter cogitanti videri oportet: *Joſephum*

phum nunquam aſſeverare potuiſſe, Jeſum MESSIAM fuiſſe. Hinc illa *mitigatio* fortè *interpreti* ſubnata: *Credebatur*, pro, *Erat*. Atq; hoc ipſum exiſtimo *palmarium argumentum*. Itáne Joſephus aſſeveraret, Jeſum, à Pilato damnatum, eſſe Meſſiam? ὁ χριστὸς (ſignificanter loquitur) οὗτος ἦν. An Joſephus diceret: *invidia Principum noſtrorum* hoc accidit, ut Hieronymus habet? quamquam *Græca vox* (ἔνδειξις) latiore accuſandi ſignificatu hîc poſita, *invidiam non habet*. Ut rurſus cogitandi occaſio offeratur, de S. Patris conſilio. An enim locutus eſt *ex ſua mente*, & negotii indole, quo invidiam Judæorum dubitabilem eſſe non ſcivit? At enim, quis doctiſſimo Patri eam tribuerit *incogitantiam*, ut obliviſceretur, cujus ex perſona hæc dicerentur? quantum-

tumq; *piaculum* eſſet Joſepho, ita loqui? Iterum hoc repetendum eſt, an Joſephus potuerit dicere: *Hunc* (Jeſum) *fuiſſe illum Meſſiam; illum Meſſiam, cujus miracula Prophetæ abundè prædixerint?* hoc enim ſubjicitur. Profanè impius fuiſſet Joſephus, ſi hoc credidiſſet, & Mesſiam in Jeſu non adoraſſet; non aliquam notam ſuæ ſententiæ de exhibito, nec venturo, Mesſia, addidiſſet. Credidit ergo, inquies, hunc Jeſum fuiſſe Mesſiam. Somniat, qui *hoc* eum *credidiſſe,* neque eò minus *Judæum fuiſſe,* & more Judæorum ac diſciplina, infinita ſcripſiſſe, id eſt, frontibus adverſis pugnantia dixiſſe, credit. Qûi autem potuit credere? an oracula Prophetarum, ut Judæi tum interpretabantur, in Jeſu impleta vidit omnia? Ergo *oculis* vidit *Chriſtianis;* ergo

agni-

agnitum Mesſiam ſequi, ſive ſectam ejus profiteri voluit, quæ non alia quàm Chriſtianorum erat, ſicut ipſe hoc loco fatetur. Capere enim non poſſum, ſi quis dicat: Hic Judæus Jeſum agnovit Mesſiam, ſive Chriſtum, & tamen non ſecutus eſt ejus auſpicium; non elegit eum ducem. Sed nimirum Judæus hic non vidit, Jeſum eſſe Mesſiam. An credent, *Meſſiam* eſſe, qui *ſuſpenſus* eſt; qui accuſantibus Judæis ſupplicio affectus? Si hoc Joſepho tribuis, κάλυμμα Ἰȣδαϊκὸν oculis ejus detrahis, *quo ipſe ſe impediri* pasſim & ubique *teſtatur*. An crederet, reſurrexiſſe Chriſtum, qui crucifixus erat; an diceret: inter eos, quibus תלוי ludibrio eſt, & qui famam reſurrectionis vel irriſerunt, vel mendacii arguerunt? Fateatur Joſephus cum Judæis, fuiſſe

Jeſum

Digitized by Google

Jeſum παραδόξων ἔργων ποιητήν. Hoc enim facilè poterit fieri, ut crederent, qui Jeſum non colerent. Sed fuiſſe illa ipſa παράδοξα ἔργα, *non alia, quàm Prophetarum prædictionibus deſcripta Meſſiæ miracula*, id verò *Joſephi captu* altius eſt. Niſi ſolus ex Judæis omnibus tum vixit, qui etiam reliqua oracula Prophetica, μύρια θαυμαστὰ περὶ Χριστοῦ continentia, & ad multum externum ſplendorem, potentiam, dominationem pertinere viſa (hic enim vulgò ſenſus erat) in JESU hujus humilitate invenit, id eſt, ut diximus, *non Judæus* religione, *ſed Chriſtianus* fuit. Qui hæc ad concordiam redigere volet, non parum ſibi negotii datum animadvertet. In phraſi, eſtne illa *periphraſis ſectæ*, οἵ γε πρῶτον ἀγαπήσαντες, ſive, οἱ τὸ πρῶτον ἀγ. ut *Euſebius* & *Suidas* habent, aliunde quàm

quàm è *ſcholis Chriſtianorum*, in quibus nata eſt, arceſſenda? Jam illud, διδάσκαλ☉ ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων, veritatis doctorem Chriſtum iis, qui veritatem amant, divinitùs datum, *Chriſtianorum ſtilo* & *ſententia* tam luculentè ſignat, ut quivis intelligat, de eo ſermonem eſſe, qui dixit: πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας ἀκούει μου τῆς φωνῆς. Quid ergo dicemus tandem? ἐπέχω, donec meis dubitationibus medelam afferat Tua, *Vir Clariſſime*, & amici Tui eruditio, cui libenter meritoq; debebo hoc beneficium. Valete. Scr. Argentorati 13. Jul. 1660.

Epi-

EPISTOLA XXIII.

JO. CHRIST. WAGENSEILIO,

Jo. Henricus Bœclerus S. P. D.

Singularis Bœcleri *modeſtia. Gorionidis* Cracovienſis ſupplementum. *Lectores Flavii non faciles ad* credendum, *nec promti ad* judicandum. *De difficultate judicandi verba Concil. Florentini.* Bœcleri *eadem, quæ* Urſini, *ſententia.*

Nobiliſſime, Clariſſimeq; Vir, Fautor & Amice honoratiſſime:

TUæ literæ ſicut amorem ſpirant dulcem mihi, & optatum, ita non parum ſuffuderunt ruboris, dum ea mihi tribuis, quæ in me nulla eſſe ſcio, & a-

& agnoſco. Si quid proficio in literis, non alia æſtimatione id metiendum indico, quàm ut magis magisq́; intelligam, quantum neſciam. Igitur vide in poſterum, quid agas; & amico Tibi ſincerè dedito ſufficere crede, ſi mutui animi documenta, familiaritate magis ſimplici, quàm laudatione immerita velis edere. Altera pars epiſtolæ ſeriam & maturam mihi voluptatem attulit, quando *ſupplementum Gorionidis Cracovienſis Hebræum & Germanicum* mecum communicare non gravatus es. Memorabilis eſt obſervatio, & cujus nomine nobiſcum Cl. Arnoldus Tibi debebit. Cujus benevolentiæ ut me commendes, plurimum rogo. Legi & cetera avidè *Snellii*, *Hornbeckii*, *Majoris*, quæ liberaliter ſubmiſiſti. Satis

video,

Digitized by Google

video, *non* eſſe abundè *faciles ad fidem* lectores Joſephi: ſed *nec promtos* tamen *ad judicandum.* Quapropter à tantæ *modeſtiæ* exemplis *invitus* receſſerim. Obverſabantur paullò antè animo meo verba magni Eccleſiarchæ in Concilio Florentino (*ſect.* 9. *cap.* 3.) τὸ γὰρ διακρῖναι τὸ νόθον ἀπὸ τοῦ γνησίου, πολλὴν ἔχει δυσχέρειαν, καὶ μεγάλης δεῖται σκέψεως ἐπιστημονικῆς· Uno verbo: Sicut γνήσια *eſſe omnia hujus loci* Joſephi *nec credere, nec dicere auſim*; ita *qua ratione* omnia, an aliqua ſint vel inſerta, vel immutata, vel *corrupta*, *expedire nequeo*: id eſt, ad ſilentium redigor. Atque hanc clauſulam, ſive potiùs totam epiſtolam ad eruditiſſimum noſtrum Arnoldum perferri cuperem, ſi Tibi ita videtur, *Nobiliſſime Domine*, cujus judicio

M ſidere,

Digitized by Google

fidere & benevolentia gaudere opto.

Tuus

omni obſervantia obſequioq́;.

Epistola XXIV.

CHRISTOPHORO ARNOLDO

Jo. Chriſtophorus Wagenſeil S.P.D.

Euſebii *Hiſtoria Eccleſiaſtica* cum Annotationibus Henr. Valeſii. *Hujus de loco Joſephi judicium, à magno Bœclero indicatum.* Libellus ſingularis *de hoc ipſo loco.* Juſtinus *quare* non citarit *in diſputatione* adverſus Tryphonem? *Argumento ex Origene reſpondetur. Joſephus* Chriſti fidem non amplexus. *Numquid* Euſebius *hujus* fraudis auctor? *Accuratum* Bœcleri τȣ̃ πάνυ *de* Ruperti Obſervat. ad Hiſt. Univerſ. Synopſin Beſoldianam *judicium.* Tacito laus *ſua reſtituitur.*

Litera

LIteræ tuæ, *Reverende Vir*, non mediocri me ſollicitudine liberarunt; vix enim poſtremas meas ad internuntium perferri juſſeram, & illicò pudere ac pigere me cœpit feſtinantis præjudicii; veritusq́;, ne homini innoxio injuriam feciſſem, & grande crimen nulla legitima conjectura permotus, impingerem. Geſtio igitur, quòd fruſtra non fui. Pro fide & opera, quam locaſti, maximopere me Tibi obſtrictum profiteor. Prodiit anno ſuperiori *Pariſiis*, cura *Henrici Valeſii*, nitidiſſima *Euſebii* editio, cujus exemplar quia ante triduum nactus Cl. noſter *Bœclerus*; ſimulq́; comperit, tàm avidos inventos emtores, ut in ipſa Gallia nullum ampliùs proſtet; adeoque vix fieri poſſe credat, ut ad vos liber iſte perferatur: idcircò rem gratam me Tibi

facturum cenſebat, ſi ea, quæ *Valeſius in lib. I. Hiſtoriæ Eccleſiaſt. Euſebii, pag. 20.* de Joſephi loco annotavit, deſcriberem, Tecumque communicarem:

Jam ſuperiùs mentionem feci libelli *cujusdam, qui* nuper *eſt editus:* in quo hic locus Joſephi *de Jeſu Chriſto* expenditur. *Auctor hujus libri* duo *nobis perſuadere tentavit:* Primum *eſt, locum illum Joſephi falſum ac ſubditicium eſſe:* Alterum *eſt, Euſebium noſtrum ejus* fraudis auctorem *extitiſſe. Quod attinet ad primum caput diſputationis, jam pridem viri docti eum Joſephi locum in dubium revocarunt.*

Sed

Sed cum nudis indiciis, *&* ſuſpicionibus *ad id judicandum impellerentur, conjecturam ſuam ſilentio premere maluerunt, quàm quidquam temerè affirmare. Quod quidem prudenti conſilio ab iis factum eſſe, nemo negaverit. Quamobrem Scriptor illius libelli, in eo mihi reprehendendus videtur, quod cum* nullis *nitatur* demonſtrationibus, *tamen ita pronunciat, ut nos poſthac de ejus loci falſitate dubitare minimè patiatur. Quænam porrò ſunt argumenta illa, quibus hoc adſtruit?* Juſtinus, *inquit*, in diſpu-

ſputatione adverſus Trypho-nem nullam hujus rei men-tionem fecit. *Quaſi verò ne-ceſſe fuerit Juſtino, Joſephi te-ſtimonium adducere; aut quaſi teſtimonium Joſephi, hiſtoria-rum Scriptoris, magnum pon-dus habiturum fuiſſet apud Try-phonem. Atqui non* hoc eſt propoſitum *Juſtino, ut ex pro-fanis Scriptoribus, ſed* potiùs, ut ex ſacris Prophetarum li-bris *Chriſti fidem ac divinita-tem probaret. Quare nihil o-pus erat, ut Joſephi teſtimoni-um afferret; præſertim cum Joſephus* Scriptor *eſſet etiam* tum

tum recentiſſimus; *quippe qui* ſub extrema Domitiani tempora *Antiquitates Judaicas publicaſſet. Ad illud autem argumentum, quod ex* Origene *ducitur, facilis eſt, & expedita reſponſio.* Negat *quidem Origenes* in libris contra Celſum, *Joſephum* agnoviſſe Jeſum Chriſtum, *id eſt, credidiſſe Chriſto, ſeu Chriſtianum fuiſſe: ſed neq; ex hoc Joſephi loco, quem hic citat Euſebius, ſequitur, Joſephum Chriſti fidem amplexum fuiſſe. Quamvis enim dicat,* οὗτος ἦν ὁ Χριστὸς, *ſubaudiendum eſt,* λεγόμενος; *id*

id eſt, hic eſt, qui dicebatur *Chriſtus. Jam verò quod ſcribit auctor illius libelli*, Euſebium *noſtrum hujus* falſitatis Architectum *fuiſſe, nunquam profectò cordatis hominibus id perſuadere poterit. Nam* cui bono *id Euſebius confingere voluiſſet? An ex teſtimonio Joſephi pendebat* divinitas Chriſti? *Annon Euſebii ætate libri Antiquitatum Joſephi in omnibus Bibliothecis viſebantur; quibus prolatis, facillimum fuiſſet, Euſebii fraudem convincere?*

De *Ruperti Hiſtoria* Viri ſummi judicium, *egregium planè* illud *ſcriptum*

ptum eſſe, *quod facem præferat ad multa obſcura penitùs perſpicienda; nec orbem literarium ſine magno detrimento eodem carere potuiſſe: quare invidere ſeſe felicitati, quæ Beſoldianis affaniis obtigit, ut tanto Commentario illuſtrarentur, in quo omnia præclara, nihil protritum ſit.* Sed illud de Tacito *liberum nimis judicium*, vovet, ne Viro eruditiſſimo excidiſſet; cùm rationes, quas affe-rat, nulli unquam rem rectè æſtimanti perſuadeant; ut *laudi*, quam doctior orbis communi ſuffragio, ob ſollicitum veritatis ſtudium, *Tacito* tribuit, quicquam derogent. *** Cæteroquin, ut dixi, liber ille apud eum *in multo maximo* eſt *pretio*; & ſæpiſſimè ad eum provocat in Prælectionibus ſuis, quibus res à Chriſto nato, mira induſtria & eruditione, nunc ab ex-

ordio pertractat. Vale, *Vir Clariſſime*, & à Bœclero nobisq; ſalve.

Argentorati, d. 13. VIIbris.
1660.

EPISTOLA XXV.

CHRISTOPHORO ARNOLDO

Jo. Henricus Urſinus S. P. D.

Tanaq. Fabri Epiſtola *tranſmittitur*. *Inter hunc & Urſinum* convenit. *Alter ab altero* diſſentit. *Etiam* Phariſæi *Chriſto* laudem tribuere *potuerunt*.

LIbero fidem meam, Tibiq;, ὦ φίλτατον κάρα, promiſſum exemplar *Epiſtolæ Fabri* mitto. Dedi id deſcribendum: Relegi poſt cœnam, oculis jam connivis, & ſemiſomnis, propter diurnas varias occupationes. Puto rectè

rectè ſe habere. Nihil fortè novi afferet doctiſſimus *Faber*, poſt tot alios; jucundum tamen eſt, de eodem argumento diverſas audire ſententias. Et videtur hic *in Gallia primus* illud tractaviſſe. Inter me & illum in eo convenit, *quòd Joſephus* aliquid de Domino Jeſu ſcripſerit: Diſſentimus autem, *quale illud fuerit?* Ille atro *carbone dignum*, ut *à Judæo profectum*, & à Chriſtianis ideò ablatum, cenſet: Ego, ut ab Hiſtorico, *aliquid veri*; & *in laudem*. Quale quid Phariſæi ipſimet non potuerunt non Domino tribuere, ut *Matth. XXII.* & *Johann. III.* Neque argumenta deeſſent, ſi tueri conjecturam hanc mens eſſet. Et *facilior* adeò fuiſſet correctio, aut veriùs, *corruptio.* Sed hæc pluribus perſequi non vacat. Salve plurimùm,

Digitized by Google

Vir Clariſſime, &, quod facis, ama.

Ratiſp. prid. Calend. Octobr.
1660.

EPISTOLA XXVI.
CHRISTOPHORO ARNOLDO
Jo. Chriſtophorus Wagenſeil S. P. D.

Cloppenburgii de lacuna Gorionidis *conjectura. Codicis* Münſteriani defectus. *Hunc ſupplent* Cracovienſis *editio*, *&* Verſio *Germanica* Pragenſis. *Longè* aliud caſtratum *fuit. Exemplar* Cracovienſe *omninò inſpiciendum.*

DE iis, quæ *Vir Reverende*, alio die ad Te tranſmiſeram, jam pridem receptis, minimè ambigo. *** Commodum tum de vexato hoc loco, quædam in

in manus venére, ea ad Virum magnum (*Bæclerum*) proferri jubebam; quodq; animadvertiſſem, *Cloppenburgii ad Cappellum* conjecturam *de Gorionidis lacuna*, nimium aliis aut placere, aut ſaltem negotii faceſſere, monere ſimul eundem ſuſtinui, fruſtra illos omnes eſſe; noſtramq; tùm *Cracovienſem* Gorionidis *editionem*, tùm ejuſdem *Germanicam verſionem*, quæ ipſiſmet Judæis curantibus *Pragæ* prodiit, utrobiq; ſupplere *Münſteriani Codicis* defectum; palamque teſtari, quàm longè aliud, quàm quod Servatorem attineret, fuerit caſtratum ** Cæterum ſupplementum Gorionidis pigebat ad Te perſcribere, quod Te hæc jam perſpecta habere crederem; & à tot tantisque nominibus, quibus cum hac de re egeras, dubio procul inculata; fierique

que neutiquam poſſit, ut non aliquis eorum *Cracovienſe exemplar* inſpexerit. Plura ob feſtinationem nōn addo, niſi ut ames me, Tui obſervantiſſimum.

Argentorati, a. d. 12. VIIbr. 1660.

EPISTOLA XXVII.

CHRISTOPHORO ARNOLDO

Jo. Chriſtophorus Wagenſeil S. P. D.

Gorionides truncatus. *Indicium ejus eſt* כי, *particula.* Non *fuit* eraſum è Gorionide *teſtimonium. Codicis* Münſteriani defectus *oſtenditur. Non teſtimonium* de Chriſto, *ſed ſermo* de Tiberio *omittitur. Ratio,* cur *hic* omiſſus? *Exhibentur ea, quæ* in Ebræo omiſſa *ſunt. Conſonat* verſio Germanica. *Bœcleri* de locis corruptis *aſſertum* confirmatur.

Binas

BInas tuas, *Reverende Vir*, eadem die gratabundus accepi: quare æquum eſt, ut ad earum reſponſum maturè me accingam. *** *Gorionidem* quod attinet, hoc circa eum accidit: Animadverterat Cl. Cloppenburgius, in *Münſteriana* editione *libri V. caput penultimum* ſui principio truncatum eſſe; cùm nullo modo ſit veriſimile, in hæc verba potuiſſe eum ordiri: כי בימי תיבריאוס קיסר לא לבד ביהודה נעשו נבלות כי אם ברומה העיר מלכותו נעשו נבלות הרבה:, *Nam in diebus Tiberii Cæſaris non in Judæa tantùm contigerunt flagitia, ſed etiam Romæ, in urbe ejus Regia, multa abominanda perpetrata.* Illud enim cauſale כי arguit, præceſſiſſe aliquid, quod autor, tanquam nefandum atque atrox reputaret; at Tiberii, ejusque regiminis, nulla prius facta men-

mentio. Quare viro erudito in mentem venit, *eraſum* hoc loco illud Flavii Joſephi *de Chriſto teſtimonium*, aut certè aliquid ejusmodi; voluiſſeque Gorionidem narratione ſimili, quam de Paullina, à Decio Mundo ſub imagine Dei vitiata, ſubjicit, illudere fidei Chriſtianorum, qui Jeſum de virgine Maria ſanctiſſimi Spiritus adumbratione conceptum, & natum crederent. *Hæc*, quantum ex iis, quæ varii citant, colligere licet, *Cloppenburgio mens*, quàm primùm ſibi, deinde & aliis perſuaſit; ut eam conjecturam, tanquam acutam & ingenioſam, utroque, quod ajunt, pollice collaudarent. Verum enim verò, uti palàm eſt, *laborare Münſterianum Codicem defectu*, ita & hoc non minus in proclivi nobis oſtendere, alia omnia, quàm quod Servatorem attingeret,

ret, caſtrata. *Cracovienſis* enim Gorionidis *editio*, ſimul & *Germanica* ejusdem *Verſio* (quæ opera Judæorum *Pragæ* prodiit) utrobíque ſupplet illum defectum,
“ atque *de* ipſo *Tiberio* Cæſare *ſermonem* eſſe oſtendit; qui *ne hodiernos Imperatores*, ut pote paulò durior, *offenderet*, ideò inſulſiſſimi quidam recutitorum, & temporum, ſuo pro more, & religionis diſcrimina ignorantes, eum è *quibuſdam Codicibus ſuſtulerunt*; quem tamen alii, vel quod ſe magis ſapere, aut ſaltem in *Sarmatia* ſua minus formidandum crederent, recenſere non dubitarunt. Sic autem habet, quod *omiſſum* eſt:

ובימים ההם מרת אגוסתוס הקיסר
החסיד ואחריו מלך תיבריאוס הקיסר
והיה תיבריאוס אש רע ורשע וישלח
פילאטוס שר צבאו לירושלם וצלם
דמות

דמורת תיבריאוס קיסר בידו : ויבקש להביא הצלם העירה וימנעוהו העם מלבא בו אל העיר כי אמרו העם אליו לא יבא צלם אדם בעיר הקדש : ויקצוף פילאטוס שר צבא רומה על עם יהודה ורבים מאנשי עיר ירושלם המית בחרב גם רבים מגדודיו הוציאו פגרים מתים ארצה:, Tum deinceps illi ſuccedunt, כי בימי תיבריאוס קיסר וכו׳:, Non pigebit adſcribere *verſionem vernaculam* : In den Tagen denſelbigen da iſt geſtorben der Käiſer Auguſtus, der חסיר (fromme) und nach ihm hat gekönigt der Käiſer Tiberius, und er iſt geweſen der Tiberius ein Mann ein böſer / und ein ſchalkhaftiger / und er ſandt gen Jeruſchalaim ſeinen oberſten Feld-Hauptmann Pilatus, und ein צלם (Bildniß) das war gemacht in der Gleichnus deß Käiſers Tibe-

Tiberius, das führet er in ſeiner
Hand: Und er begert / daß er
wolt bringen das צלם hinein in
die Stadt Jeruſchalaim, aber das
Volk das wolt ihm nicht laſſen
hinein kommen / in die Stadt /
den ſie ſagten das Volk zu ihm /
es ſol nicht hinein kommen kein
Bildnus deß Menſchen in die
Stadt die heilige; da ward der=
zürnt Pilatus der oberſte Feld=
Hauptmann der Romijim über
das Volk Jehuda, und viel von
den Mannen der Stadt Jeru-
ſchalaim ließ er darnider ſchla=
gen mit dem Schwert/und auch
viel von ſeinen Heerſcharn / die
wurden niedergeſchlagen zu der
Erden. Und in den Zeiten deß
Käiſers Tiberius nicht allein in
den Land Jehuda wurden ge=
than ſolche groſſe Schalkheit /
den auch zu Roma und in allen
Land

Digitized by Google

Land ſeiner Gewaltung thäten ſie Schalkheit viel / ꝛc. In hiſce autem noſtris editionibus eſt hoc *libri VI. cap. 62.* Cæterum confirmant iſta Ampliſſimi noſtri *Bæcleri* aſſertum, *periculoſum* eſſe, de loco aliquo corrupto aut genuino, *ſine Codicum autoritate*, judicium facere, vel fidem aliis habere. Vale, decus noſtrum, & quod facis, fave Tui obſervantiſſimo.

Argentorati, a. d. 5. Nov.
1660.

EPISTOLA XXVIII.
CHRISTOPHORO ARNOLDO
Jo. Fredericus Gronovius
S. P. D.

Nic. Heinſii *in arte Critica laus.* *De* Tanaq. Fabro *judicium.* Iſ. Voſſius *Flavianum iſtud teſtimonium* γνήσιον *eſſe* *affir-*

affirmat. Ejuſdem de LXX. Interpretibus *liber ſingularis.*

HOc triduum, quo ceſſant operæ publicæ, donec deceſſor meus ejuraverit, libet abſentibus amicis dare: nam mox aliquandiu toti præſentium erimus. Etſi nunc quoq; tot occurrant, quibus reſponſum debeo, ut τίνι πρώτῳ, τίνι δ᾽ ἔπειτα, vix decernam. *Ovidio* veſtro utitur fruiturq́;, quo nunc in terris nemo poteſt meliùs, *Heinſius* noſter, cis paucas tempeſtates in Sueones iturus pro Ordinum Legato, eóque feſtinantior. ***** De *Joſephi loco* vidiſti, opinor, quæ in Epiſtolis nuper homo Gallus, οὐ τῶν τυχόντων, qui παρεμβεβλημένον eſſe diſputat. At viciſſim * ὁ πάνυ, quem ſcis magni facere τοὺς ό, pro explorato habet, γνήσιον εἶναι τοῦ πατρὸς Φλαβίου παιδίον, quod mihi ex

* *Iſ. Voſſius.*

ex illo audire gratiſſimum fuit. Magnopere auctor fui, ut opuſculo, *quod in manibus habet, περὶ τῶν ἑβδομήκοντα hanc περικοπὴν insereret. *** *Cl. Dilherrum* plurimum reſaluto. *Lugduni iu Batavis*, Non. Febr. Gregor. cIↃ. IↃc. LXI.

* *Lib. de LXX. Interp.*

Epistola XXIX.

CHRISTOPHORO ARNOLDO

Thomas Bangius S. P. D.

Teſtimonium Joſephi Mich. Walterus *auro pretioſius eſſe, cenſuit. Illius ſinceritas* contra Judæos *defendenda. Sine* MSStorum *notitia* Bangius *non vult judicare. Prolixiores hac de re pollicetur.*

PAucis lineis prolixam εὐπροσηγίαν ſignaturus, *Vir Rev. Cla-*

Clariſſime, & Doctiſſime, Amice honoratiſſime, Frater in Chriſto Jeſu conjunctiſſime, gratiſſima mente complector literas tuas, quia literatæ erant, atq; pulcherrimis interiorum literarum theſauris divites. Tales decent literatos literæ, quæ utilibus atque eruditis Quæſitis floridæ, uberem literariæ Reip. fructum ſpondent; nec nudis foliis, aut literarum ambagibus luxuriant. Quibus dudum reſpondiſſem, niſi *planè inſigne, auro margaritisq; contrà pretioſius* (judicio magni Viri, *Michaëlis Walteri*) teſtimonium Fl. Joſephi de Servatore CHRISTO & certiores & pleniores vindicias ſuo quodam jure poſtulaſſet. Nam Elogium illud ut varietati judiciorum expoſitum, ita dignum, ut ejus *ſinceritas tutiùs inveſtigata defendatur contra hodiernos Judæos*; qui cùm

cùm nequeant totum Joſephum CHRISTIANIS eripere, nobile hoc tantùm membrū de CHRISTO invident. Meam verò ſymbolam, quam amicè expetis, quod ſpectat, morem geram tuo erga me amori, ſi non rei dignitati aut omnium votis; à quibus incolumi amicitia diſſentire cogor. Ceterum in anteceſſum amicè rogaris, ne juſto celeriùs hîc feſtines. Meditandi ſpacio opus erit, & incorruptorum antiquorum MSStorum notitia. De his exteræ conſulendæ Bibliothecæ. Scripſi in ſpem tuæ gratiæ ad eruditum virum, qui jam *Madriti* in Hiſpania vivit, ut exemplaria Græca MSSta, quæ in Regia *Eſcuriali* Bibliotheca inveniuntur, viſeret ac conferret; à quo brevi reſponſum exſpecto. Utinam ab erudito aliquo amico impetrares

σύγκει-

Digitized by Google

σύγκελσιν Codd. MSStorum Græcorum, qui in Regia Bibliotheca *Pariſienſi* exſtant; valdè tuo propoſito conduceret. De ant. vol. manu exaratis apud *Oxonienſes* Anglos cogitationem ac curam ſuſcipiam. Plura anguſtia temporis negat; quam brevitatem compenſabo, Deo benedicente, prolixitate, quàm primùm licebit occupato his vacare literis. Interea Deo, pervigili Iſraëlis cuſtodi, devotis votis commendatus vale. *Hafniæ, XXII Jun. V.S. M.DC.LXI.*

AMICE LECTOR:

Ne *Tanaquilli Fabri*, Galli certè doctiſſimi (quem & *Gronovius* noſter *Epiſt. XXVIII.* ȣ τῶν τυχόντων eſſe cenſebat) *Epiſtola* prorſus careres *ad Jo. Chabrolium, Theologum*; hanc ipſam è primo Epiſtolarum, *Salmurii* A. C. cIↄ. Iↄc. LIX. editarum, volumine, *num. XLIV. pag. 125.* cæteris ſubjungere, haud incongruum fore, autumavi.

EPISTOLA XXX.

V. CL. JOHANNI CHA-BROLIO

Tanaquillus Faber S. P. D.

Flavii Joſephi de D. Jeſu locum ſuppoſitum *eſſe*. Argumenta *quædam* probabilia. *Si à Joſepho eſſet hic locus, longè plura haberet, quàm nunc habet*. Joannis *Baptiſtæ* elogium *apud Joſephum* certum *eſſe*. Banus *non erat* Hemerobaptiſtes. *Si Joſephus de Jeſu D. ſcribere voluiſſet, non eo loco ſcripſiſſet, ſed ſub finem lib. V.* Hieronymus dubitanter *locum illum convertit, & fortaſſis fraudis aliquid ſuſpicabatur*. Juſtinus Martyr & Tertullianus *adverſus Judæos ſcribentes, ut &* Clemens Alexandrinus, *illo teſtimonio Joſephi uſi non ſunt. Quæ* περὶ τῆς προϋπάρξεως *Chriſti ſcripſit* Euſebius lib. I. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ,

ſticæ, à quo auctore ſint? Locus ex Davide à Juſtino citatus de cruce Domini, qui tamen apud Davidem non eſt. Joſephus contra D. Jeſum ſcripſerat; quod inferiùs probabitur. Celſus Epicureus, contra quem ſcribit Origenes, is eſt, ad quem Lucianus Pſeudomantin miſit. Theodoreti locus contra illud Joſephi teſtimonium. Photium in recenſione Joſephi, hujus loci non meminiſſe; imò contra ſcribere; graviſſimum argumentum. Origenis teſtimonio oſtenditur, Joſephum contra Jeſum Dominum ſcripſiſſe. Quando illa fraus admiſſa videatur; & à quo? Credibile ſit, eſſe τέχνασμα Euſebii. Exemplum inſigne falſitatis in Euſebio de SS. Innocentibus, & ibidem error contra temporum doctrinã. Aliud exemplum, &c. Quod veriſimile ſit, à Joſepho contra D. Jeſum fuiſſe ſcriptum?

CUm non ita pridem, *Chabroli Clariſſime*, ſcriptum à me fuiſſet, poſſe *Origenis auctoritate* perquàm facilè refelli illo-

rum hominum opinionem, qui ita exiſtimant, Jeſum D. fuiſſe olim à Joſepho, rerum Judaicarum Scriptore, laudatum, benè multi extitere; & in iis nonnulli, quorum nomen jam pridem in literis clariſſimum eſt, qui miſſis ad me hinc illinc epiſtolis percontati ſunt, ubinam illa Origenis teſtimonia reperirentur: Ejus enim momenti eſſe ea, ut iis deberent, qui meliorum literarum ſtudia amplecterentur, nota eſſe omnibus. Addebant præterea, debere me propter quæſtionis nobilitatem diligenter diſpicere, num id, quod ab Origene aſſeri dicebam, *aliis quoq; argumentis* poſſet confirmari. Iis itaq; gratum ut faciam, & eorum cauſa multis, uti ſpero, aliis, decrevi diatribam hanc paucis conſcribere; & rem ipſam ita enucleare, ut nullus in poſterum dubi-

dubitandi locus relinquatur; niſi fortè iis, quibus perpetuò dubitare decretum ſit. Idq́ue adeò ut rectè, & uti res poſtulare videtur, inchoemus, Joſephi teſtimonium, quo de agitur, apponemus, uti Græcè ſe habet: **Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς τις σοφὸς ἀνήρ, εἴγε ἄν**-*δρα αὐτὸν λέγειν χρή. Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ* [al. *σὺν ἡδονῇ*] *τ' ἀληθῆ δεχομένων, καὶ πολλοὺς μὲν τῶν Ἰουδαίων, πολλοὺς δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο.* Ὁ ΧΡΙΣΤΟΣ *οὗτος ἦν. Καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν, σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐξεπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἡμέραν ἔχων πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ θαυμάσια εἰρηκότων. Εἰσέτι τε καὶ νῦν τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε γένος. Hoc tempo-*

re fuit quidam Jeſus, homo ſapiens, ſi modò hominem eum par eſt dicere; mirabilium enim operum perfector erat, eosq́ docebat, qui vera libenter accipiebant. Multos autem cùm ex Judæis tùm ex Ethnicis adduxit. Hic erat Chriſtus. Quamvis autem deferentibus eum gentis noſtræ principibus in crucem ſublatus ſit Pilati ſententia, non ideò tamen ceſſarunt, qui illum initio amaverant; nam tertia die revixit, illisq́ apparuit, cùm de eo tùm hæc, tùm infinita alia planè miranda, divini prophetæ prædixiſſent; & in hunc usq́ diem genus hominum, quibus ex ipſo Chriſtianis nomen eſt, perſeverat. Locum iſtum Joſephi (ita enim exiſtimari volunt) à plerisque omnibus video non ſine venerationis honore produci; neque ullum me ex iis legere memini, qui fidem D. Jeſu ſcriptis ſuis munire

nire ſtuduerunt, quin ita exi- “
ſtimet, magnum aliquid præ- “
ſtitiſſe ſe, ubi illum literis un- “
cialibus κτ̃ πλάτος expoſuit. “
Periculum itaq; fuerit fortaſ- “
ſe, hæc moviſſe, & errorem “
hunc, cui tot jam ſecula, tot- “
que præſtantiſſimi Viri pondus “
atque auctoritatem addidiſſe “
videntur, conari ex animis ho- “
minum evellere. Quanquam autem id fortaſſe verum erit, nihilò ſecius hanc lucubratiunculam amori veritatis dabimus, quam nemo unquam ſemel viſam deſerere, niſi planè θεοσεχθείας μεςὸς, ſuſtinuerit. Si quis tamen aliter judicaverit, & meum ſcribendi conſilium in crimen detorſerit, is, ut ait ἠθικώτατος Poëta,

Stultè nudabit animi conſcientiam.

Quemadmodum enim & rectè

& verè olim pronunciavit Amphis,

ὅςις ὀμνύοντι μηδὲν πείθεται,
αὐτὸς ἐπιορκεῖν ῥαδίως ἐπίςαται.

Sic non minus verè dici poteſt, qui ob rem nullam alios impietatis inſimulant, eos ſatis apertè oſtendere, quàm leve peccatum exiſtiment tàm dirum ſcelus. Verùm ad rem veniamus, idque demus operam, ut probemus, ſublitum os in hac re bonæ poteſtati fuiſſe (quod & ſæpè aliàs uſu venit) oſtendamusq; ῥῆσιν hanc tàm inſulſè ac negligenter intruſam fuiſſe, ut Origenis teſtimoniis, quæ à nobis infrà proferentur, facilè carere poſſimus; ita res ipſa fallaciam, piam illam quidem, (quis negat?) ſed fallaciam tamen nobis apportatam eſſe vociferatur.

Jam primum, qua cauſa factum præ-

præcipuè eſt, ut hoc teſtimonium tanto ſtudio ac plauſu homines exceperint; ea ipſa, uti videtur, fieri debebat, ut in ſuſpicionem vocandum, atq; adeò exploden- dum eſſet, *Chabroli Clariſſime*: Non enim ſaltem meminiſſe decuerat, ea apud Judæum Scriptorem le- ctitari, quibus ampliora, aut ma gnifica magis habere nequeant Scriptores ij, qui ritum Chriſtia- næ religionis ſequuntur? Id cer- tè unum, cetera ut mittam, ani- mos hominum arrigere debue- rat. Dein, cujus magis intererat, ea ne in vulgus emanarent, quam Joſephi? Qui ipſum, qui ipſius vi- tam, ſectamq; norunt, næ illi haud unquam dubitabunt, quin hic ſibi multum permiſerint inconſulta hominum ſtudia. Niſi rem pau- cis abſolvere decretum foret, to- tam hominis vitam percenſerem;

ſed erit, opinor, ſatis dixiſſe, *Sacrificatorem* fuiſſe, ideoq́; , ut par eſt, religionis Judaicæ tenaciſſimum: dein *ſecta Phariſæum*, id eſt, ex eo hominum genere, quos ſibi præcipuè exagitandos D. Jeſus exiſtimaverat; utpote Eccleſiæ Moſaicæ principes, & vaniſſimis hominum commentis præcepta Dei obruentes. Sed hæc miſſa facio. Stylus verò, ſtylus, certisſimum in his rebus κριτήριον, quàm apertè, ſi nihil aliud adjumenti haberemus, rem ipſam proderet! Nemini profectò homini unquam minus cum altero convenit, quàm Joſepho ſecum, ſi hæc Joſephi ſint. Ut frigidus! ut laxus! hæret, ſudat, balbutit, neque proficit hilum. Malè profectò de
,, poſteris judicavit, quisquis næ-
,, niam hanc tàm probo Scripto-
,, ri affinxit, credid itque, fore
nemi-

neminem, à quo doli tàm ma- "
lè conſuti explicarentur. Si- "
quidem hominum facilitati imponendum fuerat; ſaltem id accuratè decuerat præſtari: nam, ut ait Comicus, *aliter catuli longè olent, aliter ſues.* Is quippe Scriptor eſt Joſephus, qui nihil remiſſè, nihil ignavè facere ſoleat: quod hîc contra fit. Operæ pretium erit, *Joannis Baptiſtæ elogium*, quod infra ex eodem Scriptore afferam, legere; atque, ubi diligentiſſimè fuerit examinatum, ibi demum exiſtimare, fierine unquam potuerit, ut à quo illud magnificè adeò, tantaque ἐμβριθείᾳ conditum fuerit, ab eodem hoc ipſum, quod nunc nobis præ manibus eſt, tàm inerter ac putidè compoſitum fuerit. Verum, ut ſingula examinemus, quis non miretur *illius, qui hoc nobis ſuppo-*

Digitized by Google

ſuit, *ſocordiam*, cui in mentem non venerit, Joſephum alibi (*libro XX.* ubi *de morte Jacobi* obiter agit) ſatis ſignificare, noſſe ſe quis eſſet Jeſus Dom. neque pro ignobili aliquo homuncione habitum? Et tamen iſtius ſuppoſitionis primus auctor Joſephum nunc inducit ſcribentem, Ἰησῦς τις. Quaſi iſtuc, Ἰησῦς τις, is ne, qui pro Chriſto habitus, ab aliis certè ita cognominatus, is inquam, à Joſepho fuerit hoc loco dictus *Jeſus quidam*? Deinde iſte ignobilis Ἰησῦς τις ita in hoc Joſephi, ut volunt, teſtimonio deſcribitur, ut veteres Prophetas facilè ſuperaverit omnes. Non poſſum itaque quin exclamem, O vim veritatis! quanta ſolertia, quamque exprompta memoria iis opus eſt, qui hujusmodi technas moliri ſtudent? Incurioſum verò, ſi hujus fraudis auctori cre-

credendum eſt, Joſephum, qui virum totius hiſtoriæ, quam ipſe ab origine gentis ad ſua tempora perduxit, longè maximum, ignoraret. Sed quo judicio ſcriptum eſt, quod ſequitur, εἴγε ἄνδρα ἀυτὸν λέγειν χρή? *Si modò hominem eum vocare par eſt*. Quænam, quæſo, *dubitandi ratio* eſt? quia, inquit, παραδόξων ἔργων ποιητὴς ἦν, *mirabilium operum perfector erat*. Itaque adeò, quando ita vult, dubitabitur in poſterum à nobis, Dii an homines appellandi ſint Moſes, Elias, Eliſæus: nam & illi fuerunt παραδόξων ἔργων ποιηταί. Deinde, cum ait, εἴγε ἄνδρα ἀυτὸν λέγειν χρὴ, quid, quæſo, aliud innuere vult, niſi Jeſum Dominum eſſe Deum? in quo graviter peccat hic pius impoſtor. Judæi enim ne ſuſpicabantur quidem, *Meſſiam* ſeu Chriſtum *fore Deum*; ſed *præſtantiſſimum*

mum aliquem *Principem*, ex ſemine Davidis. Itaque adeò obmutuiſſe Phariſæos legimus, cum illos ſic interrogavit Jeſus: Τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; τίνος ὑιός ἐστι; λέγουσιν αὐτῷ, τοῦ Δαβίδ. Λέγει αὐτοῖς· Πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι κύριον αὐτὸν καλεῖ, λέγων, εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Εἰ οὖν Δαβὶδ καλεῖ αὐτὸν κύριον, πῶς ὑιὸς αὐτοῦ ἐστιν; Καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο αὐτῷ ἀποκριθῆναι λόγον, οὐδὲ ἐτόλμησέ τις ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐπερωτῆσαι αὐτὸν οὐκέτι. Id eſt: *Quid vobis videtur de Chriſto? cujus filius eſt? Dicunt ei, Davidis. Ait illis: Quomodo ergo David in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens:* Dixit Dominus Domino, ſede ad dextram meam, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. *Si ergo David vocat eum Dominum*

minum ſuum, quomodo filius ejus eſt? Et nemo poterat ei reſpondere verbum: neque auſus fuit quiſquam ex illo die eum amplius interrogare. Sequitur mox triſtis & putida elegantia, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν τἀληθῆ σὺν ἡδονῇ δεχομένων, *docens eos, qui vera libenter audirent.* Ad ea autem, quæ ſequuntur, τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ θαυμάσια εἰρηκότων, quid dicas aliud, quàm eum, à quo hæc ſcripta ſunt, εἰς ἄκρον μωρίας ἐλάσαι? Ea enim ut rectè ab homine Chriſtiano dicerentur, ita à Judæo Sacrificatore ſcribi quis credat? Mirari certè mihi ſæpè
« contigit, non extitiſſe aliquem,
« qui ſcriberet, Joſephum, de-
« ſerto religionis Judaicæ ritu, in
« Aſiam minorem ad Joannem
« Theologum ſeſe contuliſſe, &
« ibi pleroſque vel gentis vel

θρησ-

Digitized by Google

„ θρησκείας, qui per Pontum, Ga-
„ latiam, utramque Phrygiam,
„ Lydiam, Joniamq́;, &c. ſparſi
„ erant, ad cognitionem Evan-
„ gelii adduxiſſe. Deus bone,
„ quàm pronis id auribus acce-
„ ptum fuiſſet!

Sed aliò convertamus animum. Locus hic etſi primò ampliſſimus videatur, & ſpecioſa fronte lectorem inducat hiantem; non eſt tamen is, qui videtur. Pro certo enim haberi poteſt, Judæum hominem, qui exiſtimaſſet, D. Jeſum fuiſſe Chriſtum, totas & animi & ingenii vires hîc collecturum fuiſſe, ac longè plura, multoque firmiora de Meſſia ſcripturum; qui ſcilicet à Patriarchis Prophetisq́ue tamdiu expectatus fuerat: Qui legis Moſaicæ finis ultimus erat: Qui regnum Judaicum tot concuſſum caſi-

caſibus reſtauraturus vulgò credebatur. Satin' Joſepho fuiſſet, ut Judæorum populorumq; ἀλλοφύλων liberatio orbi innoteſceret; ſatin', inquam, ei fuiſſet dicere, οὗτος ἦν ὁ Χριστὸς, *hic erat Chriſtus?* Græci, propter quos maximè libros Ἀρχαιολογίας ſcripſit (ait enim in præfatione: Ταύτην δὲ τὴν ἐνεστῶσαν ἐνεχειρίσθην πραγματείαν, νομίζων ἅπασι φανεῖσθαι τοῖς Ἕλλησιν ἀξίαν σπουδῆς) Græci, inquam, ſatis cum venia poterant ignorare, quidnam omninò eſſet Chriſtus; quippe qui nec vocem illam quidem intelligerent, ut ex nonnullis veterum obſervare eſt, qui *Chreſtum* malebant quàm *Chriſtum* vocare; quia videlicet *Chreſtus bonum & commodum* Græcè ſignificat, *Chriſtus* verò *unctum*; cum ungere vel Reges, vel Pontifices, vel Augures, Athenis aut Romæ in more non

non eſſet: Poterant, inquam, Græci ignorare, quænam & quanta adventus Chriſti vel neceſſitas vel utilitas foret: Quænam eſſent illius officia, quænam ſub ipſius regno vivendi ratio inſtitui deberet; atque alia multa, quæ prudens & ſciens omitto. Ea autem omnia ut explicaret Joſephus, ſatin' ei fuit dicere, *hic erat Chriſtus?* Cras credo, nihil hodiè, ut ait Varro. Ea certè prudentia eſt Joſephus, ut ſibi nunquam in re tàm gravis momenti defuiſſet; neque adeò leviter tranſiliiſſet, quod ipſi præter cætera ab ultimò gentis exordio fuerat ſtudioſiſſimè repetendum. Sed enim, quando de *Joannis elogio* ſuprà injecta mentio eſt, non abs re fuerit, quò huic quæſtioni major lux accedat, illud exponere; idque ubi lectum ab iis fuerit, qui animo

mo libero ſunt, neque obnoxio, non minus fortaſſe diſcriminis inter utrumque reperietur, quàm Joannem inter & Jeſum D. ſeu *dicendi character* ſpectetur, ſeu *vis* & δεινότης τ̃ διανοίας. Sic autem ſe habet, *lib. XVIII. tmemate VII.* Τισὶ δὲ Ἰουδαίων ἐδόκει ὀλωλέναι τὸν Ἡρώδου στρατὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ μάλα δικαίως τιννυμένου κατὰ ποινὴν Ἰωάννου, τοῦ ἐπικαλουμένου Βαπτιστοῦ. Κτείνει γὰρ τοῦτον Ἡρώδης ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις κελεύοντα ἀρετὴν ἐπασκοῦσιν, καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους δικαιοσύνῃ, καὶ πρὸς τὸν θεὸν εὐσεβείᾳ χρωμένοις, βαπτισμῷ συνιέναι, οὕτω γὰρ καὶ τὴν βάπτισιν ἀποδεκτὴν αὐτῷ φανεῖσθαι μὴ ἐπί τινων ἁμαρτάδων παραιτήσει χρωμένων, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἁγνείᾳ τοῦ σώματος, ἅτε δὴ καὶ (lego, ἅτε δήτα) τῆς ψυχῆς δικαιοσύνῃ προεκκεκαθαρμένης. Id Latinè ſic converti debet: *Erant ea tempeſtate, qui exiſtimarent, numinis ira periiſſe exer-*

citum

citum Herodis, qui juſtas ob interfe-ctum Joannem, cognomento Bapti-ſtam, pœnas dabat. Herodes enim Joannem necari juſſit virum optimum, quiq́; Judæos hortabatur, ut per exercitationem virtutis ad Baptiſmum accederent, mutuam inter ſeſe juſtitiam colentes, & pietatis in Deum officiis ſatis facientes. Ita enim Deo acceptum iri lavacrum, ſi eo uterentur; non ad quorundam peccatorum veniam obtinendam, ſed ad corporis tantùm munditiem; ut pote animis juſtitia priùs juſtificatis. Quid, quæſo, ſimile eſt inter illam de Chriſto næniam, & hoc luculentiſſimum teſtimonium.

Sed unum eſt, quod haud quaquam præteriri deceat: Cùm enim Jeſus D. à Joſepho, ut vulgò contendunt, pro Chriſto habitus ſit; quî tandem poteſt fieri, ut in eo, quod modo allatum eſt, teſti-

moni-

monio, nulla ſit περὶ προδρομίας Joannis Baptiſtæ mentio? Qui “
locum hunc de Jeſu D. obtru- “
ſére, *Chabroli Clariſſime*, næ illi “
minùs aſtuti fuerunt, quàm in “
tali fraude ſtruenda eſſe de- “
cuerat. Complures ego me- “
moria noſtra novi, qui, ſi cauſa “
integra uti liceret, ejusmodi “
τεχνίδιον longè aliter ſtruerent. “
Huic enim de Joanne teſtimonio nonne aliquid aſpergere debuerant, in quo de Jeſu D. vel tantillulum quid ageretur? Sed qui iſta ſcripſit, haud dubiè, ut Davus Terentianus, *hanc rem ſperavit adjuturos Deos*. Et tamen illud commentum refelli quoq; potuiſſet, ut mox oſtendam. Ceterum, ut hoc ἐν παρέργῳ dicam, non eſt quod quis teſtimonium iſtud Joſephi de Joanne Baptiſta elevare conetur. Nam mihi ſatis conſtat, Joan-

Joannem magnam apud Judæos dignationem eſſe conſecutum, non modò, quia in Evangelio legimus, Φοβούμεθα τὸν ὄχλον, πάντες γὰρ ἔχουσι τὸν Ἰωάννην, ὡς προφήτην: Sed quia mihi planè perſuaſum eſt, ejus ἄσκησιν (τὴν διὰ βαπτισμοῦ ſcilicet) diu perſeveraſſe, & in ea inſtitutum fuiſſe ipſummet Joſephum, ſub Magiſtro quodam, qui Banus dicebatur. En quo fretus, dico: locus eſt in libro Joſephi de vita ſua. Ubi dixit, expertum eſſe ſe tres ſectas, quæ tunc temporis apud Judæos florebant, *Phariſæorum, Sadducæorum, Eſſenorum*, tùm addit: Πυθόμενός τινα Βανοῦν ὄνομα κατὰ τὴν ἐρημίαν διατρίβειν, ἐσθῆτι μὲν ἀπὸ δένδρων χρώμενον, τροφὴν δὲ τὴν αὐτομάτως φυομένην προσφερόμενον, ψυχρῷ δὲ ὕδατι τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα πολλάκις λουόμενον πρὸς ἁγνείαν, ζηλωτὴς ἐγενόμην αὐτοῦ, καὶ διατρίψας

παρ

παρ' αὐτῷ ἐνιαυτοὺς τρεῖς, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τελειώσας, εἰς τὴν πόλιν ὑπέστρεφον. Id eſt: *Cùm comperiſſem, Banum quendam in deſerto agere, amictum ſibi ex arboribus parantem, alimentisq́ ſpontè provenientibus veſcentem, crebrisq́ noctu & interdiu lavacris frigidis utentem, ad puritatem* (notandum iſtud ob ea, quæ mox afferentur) *caſtitatemq́ corporis tuendam, cœpi ejus inſtitutum imitari: exactisq́ in ejus contubernio tribus annis, cùm jam ea, quæ expetiveram, perfeciſſem, in urbem redii.* Joſephus itaque, qui vel eandem ἄσκησιν, vel planè ſimilem illi, quam Joannes uſurpabat, ſecutus erat, non poterat non laudare tantum virum. His addas *Origenis locum* ex libris adverſus Celſum: *Judæi*, inquit, *Joannem cum Chriſto non conjungunt.* Videlicet alterum laudabant, alterum ſecus.

cus. Unde, ut dicebam ſuprà, refelli potuiſſet commentum τῆς προδρομίας, ſi ab aliquo pio impoſtore inductum fuiſſet in laudationem Joannis, quæ apud Joſephum legitur. Ceterum non eſt, quod quis exiſtimet, Banum illum fuiſſe Hemerobaptiſten, quod ſcio nonnullis in mentem venire poſſe; ſed nil tale aſſeri poteſt. Illa enim ἅιρεσις τῶν Ἡμεροβαπτιςῶν, ut conſtat ex *Epiphanio lib. I.* ἐλȣ́ετο ȣ̓χ ἕνεκεν πλύσεως σώματος, ἀλλὰ ἕνεκα τῶν ἁμαρτημάτων. Id eſt: *Lavacris utebatur, non ad corporis munditiem & puritatem, ſed ad detergenda peccata.* Banus autem contra faciendum eſſe cenſebat, ut ex Joſephi loco, ſuperiùs allato, conſtat: Itaq; idem cum Joanne Baptiſta (ſecundum Joſephum) de lavacro ſentiebat; atque inter Hemerobaptiſtas referri

Digitized by Google

ferri non poteſt. Verum ad propoſitum revertamur.

Nunc magnum operæ pretium erit, examinaſſe, quàm prudenter hæc nænia in hac potiùs Joſephi parte, quàm alibi, ſcripta fuerit. Sanè, ut ſimplicitate Latina utar, non potuit hoc παρεγχείρημα alibi ineptiùs admitti. Rem ipſam paucis aperiam: In ea hiſtoriæ parte, unde hoc Joſephi teſtimonium producitur, præter cætera *duæ calamitates* narrantur, quarum deſcriptionem huc convehere nihil neceſſe eſt. Priorem ubi abſolvit Joſephus, hæc verba addit: καὶ οὕτω παύεται ἡ στάσις. [*Atque ita ſeditioni finis imponitur.*] Alteram autem, quæ demum *cap. V.* deſcribitur, cum priori coñectit his verbis: ΚΑΙ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἕτερόν τι δεινὸν ἐθορύβει τοὺς Ἰουδαίους, &c. [*Sub idem QUOQUE tempus Judæos*

Digitized by Google

dæos alius caſus mirè turbavit.] Quis igitur ſatis miretur illius hominis, qui nobis imponere ſtuduit, ſimplicitatem? Neq; enim divellendæ illæ hiſtoriæ erant; nil minus; ſed locus aliquis opportunior quærendus, & hæc pia fraus ſub finem *cap. V.* conjicienda; ubi ſcribit Joſephus, Pilatum à Vitellio ex Judæa Romam miſſum, ut coram Tiberio ad objecta reſponderet: Ibique luculentum aliquod teſtimonium in hanc fermè ſententiam erat aſſuendum: Quid enim vetat, quò minus & nos aliquid comminiſcamur?

Vos eſt æquum cognoſcere, atq; ignoſcere,
Quæ veteres factitarunt, ſi faciunt novi.

Οὗτος δ' ἐκεῖνός ἐστιν ὁ Πίλατος, ὅστις τὴν Ἰουδαίαν ἐπιτροπεύων Ἰησοῦν τὸν Ναζαρεῖον τοῖς ἐσχάτοις ἐζημίωσεν, οὗ τινος ἀνδρὸς οὐδὲν οὐδεπώποτε εἶδεν ὁ βίος

πλεῖο-

πλείονος ἄξιον· ὅθεν δὴ καὶ οὐκ ἄλλως μέχρι τοῦ νῦν ὁ χριστὸς ὑπάρξαι ὠνομάσθη. Tum pleraq; ex iis erant exponenda, quæ à Jeſu D. apud Evangeliſtas facta legimus; & oſtendendum magnifica oratione, quid eſſet Chriſtus; & illius promiſſiones ex veteribus omnium ætatum Prophetis repetendæ, atque enucleandæ; ſed ea ratione tamen, ut aliquid diſcrepantiæ inter ſacros Scriptores & Joſephum relictum fuiſſet; ne cui naſuto fraus potuiſſet ſubolere, ſi planè conveniſſet inter utrosque: atq; ubi illud τέχνασμα doctè & affabrè perpolitum fuiſſet, tùm verò ea addenda erant, quæ ſequuntur: Καίτοι οὐκ ἐμὲ τοῦτο διέλαθεν, ὅτι ἀηδισθήσονται τοῖς ἐπ' ἐμοῦ γραφομένοις οἱ δημόται, μάλιστα δὲ πάντων οἱ Φαρισαῖοι, ὧν εἷς κἀγὼ τυγχάνω ὤν. Ἀλλ' οὐκ ἔστι πρὸς γενναίου συγγραφέως τὴν

ἀλήθειαν προδιδόναι, &c. Hanc, aut aliam hujusmodi orationem ſi Joſepho affinxiſſet ille φέναξ, à quo hodierna nænia compoſita eſt, quis non dejeraret, ab ipſiusmet Joſephi manu eſſe? Sed id maturè præſtitum oportuit: Nam, ut infrà videbimus, ſi quis ex antiquis Joſephum legiſſet nondum corruptum, tùm dolus ille, dolus non fuiſſet: refelli enim potuiſſet.

Nunc aliud ſpecta (jam enim rem urgebimus;) *Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum* locum hunc cùm faceret Latinum, non vertit, *Hic erat Chriſtus*, itidem ut Græcè legitur, ſed, *Hic credebatur eſſe Chriſtus*. Id quam-
„ obrem, quæſo? Videlicet ſaga-
„ ciſſimo viro, cuique librariæ
„ fraudes probè notę erant, paul-
„ lò durius viſum eſt in ore Judæi

homi-

hominis iſtuc dictum: quamobrem emollire tentavit, dùm τὸ εἶναι τοῦ χρήματος ad δόξησιν & exiſtimationem hominum traduxit; & cum dicere debuiſſet, *Erat Chriſtus*, erubuit ſcilicet, ſcripſitque, *Credebatur Chriſtus*. Sed ô factum benè! fraudem enim eadem opera patefecit, qua illam obtegere ſtuduit.

Juſtinus Martyr, quem Martinus Polonus non ſine magna oſcitantia eundem facit cum eo *Juſtino*, qui *Pompeji Trogi* hiſtorias in compendium coëgit, ejusque, ſi eidem Polono fides eſt, diſcipulus fuit; is, inquam, Juſtinus, Scriptor Græcus, ſecta Platonicus, genere Samarites, Antonini Pii tempore (nam ad eum Apologiam ſcripſit) circa annum Chriſti CXLII. florebat, fidei Chriſtianæ propugnator acerrimus. Is li-

Digitized by Google

brum ſcripſit accuratum ſanè, prout illa ferebant tempora; ex quo, id ut obiter moneam, ſatis inverecundè deſcripſit Euſebius, quæ de præexiſtentia (Græci προΰπαρξιν dicunt) Chriſti dixit *lib. I. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ.* In eo ſeu dialogo, ſeu meliùs libro, cùm id daret operam, ut Tryphonem, hominem Hebræum, ad fidem noſtram adduceret, nil prorſus intentatum reliquit; ſed *curas animum diduxit in omnes.* Quin etiam (quod pudet referre; neque facerem, niſi operæ pretium foret) cùm ad crucis ignominiam ventum eſt, nimio pietatis amore cœcus non dubitavit locum è Davide producere. *Pſal. XCVI.* (Secundum Juſt. eſt *XCV.*) his verbis: Εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσι, ὁ κύριος ἐβασίλευσεν ἀπὸ τοῦ ξύλου. Id eſt: *Dicite in gentibus, regnaſſe Dominum à ligno;*

ligno; quæ poſtrema verba, *à ligno*, quibus tota rei illius, quam ſuſceperat, probatio ſtabat, nuſquam extant: Et tamen hodieq; canitur,

David fideli carmine
Dicens: In nationibus
Regnavit à ligno Deus.

Neq; adeò mirum; *Tertulliani* enim id, & *Leonis Pontificis* auctoritate fit, qui poſt Juſtinum non dubitarunt ita citare Pſalmiſten. Sed ad rem redeamus: Is igitur Juſtinus, cum toto dialogo, qui ſanè operoſus eſt, & quo *pulmo animæ prælargus anhelet*, omnis generis argumenta conquiſiverit, quibus id efficere poſſet, quod ſibi faciendum propoſuerat; credibile ne eſt, omiſſurum illum fuiſſe hunc Joſephi locum, ſi quidem ea tempeſtate apud Joſephum extitiſſet? mihi quidem

 her-

Digitized by Google

herclè non ſit veriſimile; neque verum puto. At, inquies, nè Joſephum quidem Juſtinus fortaſſè noverat, atque ita ejus teſtimonio uti non poterat. Imò etiam, inquam; nam cùm Samarites fuerit (*pag. LII. & CCCXLIX. edit. ultimæ Pariſienſ.*) qui, quæſo, fieri potuiſſe credas, ei ut Joſephi ſcripta ignota fuerint? hominis nomen non audierit? Planè incredibile. Sed ne quis tricetur, is Juſtinum Martyrem evolvat; reperiet lectum ab eo Joſephum fuisſe; nam ipſum alicubi ab eo citari memini. Quidnam autem validius adverſus Judæum hominem, quàm Judæi Sacrificatoris teſtimonium; ejus, inquam, cujus & ſcripta & nomen magnam ſemper auctoritatem habuerint? Verùm, mirari non eſt æquum, id à Juſtino Martyre factum non fuiſ-
ſe.

Digitized by Google

ſe. Nam non modò hæc, quæ “
hodiè leguntur, non ſcripſerat “
Joſephus; ſed planè contra “
Dom. Jeſum ſcripſerat, ut mox “
cuilibet homini conſtabit; “
quod longè ab opinione no- “
ſtrorum hominum remotum “
eſt. Joſephus enim ab ea ſen- “
tentia, quæ hodiè ipſi adſcribi- “
tur, planè erat alienus.

Quid autem? Nonne & *Tertullianus* (qui ſub Severo Imp. ſcribebat) *librum integrum adverſus Judæos* ſtrinxit? Atqui de hoc ipſo Joſephi teſtimonio altiſſimum apud illum ſilentium eſt; quod tamen ſecus eventurum fuiſſe, ſatis conjicient ij, quibus Tertulliani genius notus eſt. Fortaſſe, itidem ut de Juſtino, dixerit quiſpiam, Joſephum non legerat Tertullianus: At eum, qui ea de re dubitet, nunquam perlegiſſe Tertul-

lianum ajo, qui planè ſciam ab eo *Joſephum citari in Apologetico.*

Quid? *Clemens Alexandrinus*, quem ſub Severo quoque vixiſſe conſtat, teſtimonii hujus cur non meminit? & tamen Joſephum legerat, ut ex I. illius Στρωματέων diſcere eſt.

Addo aliud: *Celſus*, Philoſophus Epicureus (ille ipſe, ad quem *Lucianus*, uti aliquando probabimus, elegantiſſimum libellum, Commodi Imperatoris tempore, miſit, cui nomen *Pſeudomantis* eſt) olim adverſus Chriſtianos ſcripſit. Illius librum, qui *verus ſermo* dicebatur, refutavit Origenes (qui circa annum Chriſti CCLVI. mortuus eſt, ut ex Euſebio conſtat) allatis hinc illinc omnis generis argumentis; (& eſt hoc opus inter Origenis opera, meo judicio, longè pulcherrimum atq; am-

ampliſſimũ.) Quid autem? adeóne immemor fuit Origenes, ut adverſus hominem Ethnicum, quippe ſacrorum Codicum auctoritatem non admittebat, Joſephi teſtimonio uſus non fuiſſet, Scriptoris Judæi, & cujus tanta eſſet auctoritas?

Prætereà nonne Joſephus, ſi Jeſum D. fuiſſe Chriſtum ſcripſit, pro Chriſtiano habere debuit? *κατάγε τ ἄνθρωπον* dico. Deus enim, qui ſolus *καρδιογνώςης* eſt, novit, an is hiſtoricè ſcriberet; an verò *ad ſalutem ore confiteretur*; poſteri autem, hoc teſtimonium legentes, haud dubiè hominem Chriſtianum fuiſſe exiſtimare debebant. Et tamen *Theodoretus*, Epiſcopus Cyri, ut mihi per Epiſtolas indicavit *Joannes Dallæus*, Vir *παντοδαπῆς ἀναγνώσεως μεςὸς*, extremis *in Danielem commentariis*

 affir-

affirmat, Ἰώσηπον τῶν Ἑβραίων ἐ δέξασθαι τὸ χριστιανικὸν κήρυγμα. Id autem quî potuiſſet ſcribere Theodoretus, ſi apud Joſephum reperiſſet, quod hodiè legimus, οὗτος ἦν ὁ Χριστός? Planè contraria affirmare poterat Theodoretus; videri ſcilicet ipſum fuiſſe Chriſtianum. Ad *Theodoreti* verò *ætatem* quod attinet, hinc cognoſcitur, quod *Concilio III.* Oecumenico *Epheſino*, & interjectis circiter xx. annis, *Chalcedonenſi* interfuit, anno Chriſti CCCCLI.

De *Photio* verò quid cenſendum? Is *nono ſeculo medio*, & adulto vixit; fuitque, ut de illo ſcribit *Zonaras*, ἐν λόγοις ὀνομαστότατος: Joſephi ſcripta legerat diligentiſſimè: quæ notanda viſa ſunt, excerpſit: de Joſepho judicium tulit: ejus vitam recenſuit. Quid? verine ſimile eſt, eumScriptorem tanti

tanti momenti locum prætermiſſurum fuiſſe? Si, quod hodiè apud Joſephum legimus, vidiſſet *Photius*, haud dubiè annotaſſet, (eſt enim *acerrimi & exquiſitiſſimi judicii vir*) aut ſi vidit, neque tamen annotavit, magnum argumentum eſt, exiſtimaſſe ipſum, meram ſtropham eſſe. At tandem, tandem, inquies, quanta illa diligentia ſit, cui non aliquid excidere poſſit? Concedam id quoque: Sed ad id elevandum, quod à me jam dicetur, quid tandem afferri poteſt? *Photius titulo XLVIII.* ait, legiſſe ſe Joſephi librum περὶ τοῦ Παντὸς, vel περὶ τῆς τοῦ Παντὸς οὐσίας, vel περὶ τῆς τοῦ Παντὸς αἰτίας; addit deinde: Διέξεισι καὶ περὶ τῆς κοσμογονίας κεφαλαιωδῶς· περὶ μὲν τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν ὡς ἔγγιστα θεολογεῖ. Κλῆσίν τε αὐτὴν ἀναφθεγγόμενος, καὶ τῶν ἐκ πατρὸς ἄφραστον γέν-

νησιν ἀμέμπτως ἀναγράφων. Id eſt, doctiſſimo Andrea Schotto interprete: *De mundi quoq; generatione per compendium diſſerit: de Chriſto autem vero DEO aptiſſimè loquitur* (meliùs vertiſſet, ἡμῶν ἔγγιστα, *in noſtrum fermè modum*, vel *proximè ad noſtram fidem*) *& ipſam Chriſti appellationem illi attribuit* [mallem vertere, *& ipſam Chriſti appellationem explicat*] *& inenarrabilem ex patre generationem citra reprehenſionem deſcribit.* Mox addit: ὃ τινὰς ἴσως καὶ ἀμφιδοξεῖν ὡς Ἰωσήπου εἴη τὸ συνταγμάτιον ἀναπείσειεν. Id eſt: *Quæ res ambigendi fortaſſe cuipiam cauſam præbeat, ſitne hoc Joſephi opuſculum?* Ex quo loco Photii hoc elicio, Joſephi Ἀρχαιολογίαν, in qua legimus hodiè teſtimonium de Jeſu D., fuiſſe mutilatam in Photii Codice, & id ſublatum fuiſſe, quod adverſus Dominum Joſe-

Joſephus ſcripſerat (nam *contra Dominum ſcripſerat:*) alioqui nullus planè dubitandi locus fuiſſet de auctore libelli illius, qui inſcribebatur περὶ τῆς τοῦ Παντὸς οὐσίας. Si quis enim Joſephi locum, in quo Jeſum D. negabat eſſe Chriſtum (qui locus à primis Chriſtianis poſt Origenis mortem ſublatus eſt) vidiſſet, næ ille haud unquam dubitaſſet, num tractatus περὶ τῆς τοῦ Παντὸς οὐσίας Joſephi Judæi eſſet: cum contrà liquidò conſtare potuiſſet, utrumque librum ejuſdem Scriptoris eſſe non poſſe, cum ab altero pro Chriſto haberetur Jeſus D. ab altero planè ſecus. Verum quod addit Photius, omnem planè dubitandi, atque adeò argutandi, cauſam præcidit: Ait enim, εὗρον δὲ ἐν παραγραφαῖς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ λόγος Ἰωσήπου, ἀλλὰ Γαΐου τινὸς πρεσβυτέρου ἐν Ῥώμῃ διατρίβοντος;

τος, &c. Ἀνεπιγράφου δὲ καταλειφθέντος τοῦ λόγου, φασὶ τοὺς Ἰωσήπου ἐπιγράψαι, τοὺς δὲ Ἰουστίνου τοῦ Μάρτυρος, ἄλλους δὲ, Εἰρηναίου, &c. Id eſt: *Comperi annotatum fuiſſe, non eſſe Joſephi hoc opus, ſed Caji cujusdam presbyteri Romæ agentis, &c. Cum enim ſine titulo opus relictum eſſet, alii quidem Joſepho inſcriptum retulerunt; alii Juſtino Martyri, nonnulli Jrenæo, &c.* Ex his, quæ ſuprà à nobis allata ſunt, id efficitur, teſtimonium hodiernum de Jeſu Domino noſtro in Codice Photii non fuiſſe: alioqui eo uſus fuiſſet, ut probaret librum illum περὶ τῆς τοῦ Παντὸς οὐσίας. Joſephi eſſe: Contra autem planè diſſerit Photius: nam ex eo, quod in illo libro de Jeſu D. multa honorificè dicebantur, ait, dubitandi cauſam exiſtere, an Joſephi Judæi illud opus eſſet, an Caji? Ceterum, ut obiter

obiter hoc quoque dicamus, *Cajus presbyter* is ille eſt, cujus in Eccleſiaſtica Hiſtoria meminit *Euſebius*: quippe *Epiſtolam ad Hebræos Pauli non eſſe, primus cenſuit*; quemadmodum poſt illum *Hippolytus in libello contra hæreſes*, ut ex eodem Photio conſtat; qui tamen Photius illud judicium improbat alicubi.

Nunc autem ad *Origenem* veniendum. Et ſi, quæ ſunt à nobis allata ſuperiùs, abundè illud probent, quod probandum ſuſceperamus: Tamen ut dictis ultima fides aſtruatur, & doctiſſimorum hominum cupiditati ſatisfaciamus, locos eos, quibus præcipuè ad ſcribendum adducti ſumus, exponemus, Latinè tantùm; cùm Græca mihi non occurrerint. Eorum alter petitus eſt *ex II.* illius *volumine, p. VIII. columna I. editionis*

nis Calderianæ Pariſiis, quam, ut opinor, curavit Genebrardus: *In tantum*, ait, *in populo refulſit hic Jacobus propter juſtitiam, ut Joſephus, qui viginti libris deſcripſit Antiquitatem Judaicam, dum vult cauſam adducere* (dicam aliàs, quidnam ſuper hac re ſentiendum videatur) *quare Judæorum populus tàm acerba paſſus ſit, ut etiam templum ſubverteretur, dixerit, per Dei vindictam hæc illis eveniſſe, ob ea quæ in Jacobum fratrem Jeſu, qui dicebatur Chriſtus, auſi fuerant. Quodq; mirum eſt*, (verba ſunt Origenis) CUM NON PROBARIT HANC SENTENTIAM, JESUM NOSTRUM FUISSE CHRISTUM, nihilò ſeciùs Jacobo tàm magnificum juſtitiæ teſtimonium præbet. Alter verò petitus eſt ex libris *adverſus Celſum* Epicureum, & ita ſe habet:

JOSE-

JOSEPHUS, QUAMVIS JESUM NON AGNOSCENS PRO CHRISTO, &c. Quid? Satin' apertè, ſatin' diſertè Origenes? Quid magis ἀναμφίβολον, quid magis ἀναντίῤῥητον? Si morum id meorum eſſet, rem ipſam prolixa oratione amplificare, nil facilius; verùm mihi ſatis eſt, liberaſſe fidem; oſtendiſſeq́; non temerè (quod animadverti quoſdam ſuſpicatos fuiſſe) aſſeruiſſe me nuper in *Notis ad Peregrinum Luciani*, ῥῆσιν hanc, qua de nunc agitur, in Joſephum intruſam fuiſſe ab iis, qui cum benè animati eſſent, exiſtimarunt Joſephi teſtimonium adverſus Ethnicos, qui ſacris Codd. fidem non adhibebant, magnam vim habiturum. Sed noſtrum non eſt, mala facere, ut boni quid inde oriatur.

Sanè

Sanè iſthæc Origenis verba non ſunt perplexabilia, ut ait Comicus; quin contra, nil planius. Clarè enim, & ut audiant omnes, ait Joſephum, hanc ſententiam improbare, Jeſum noſtrum eſſe Chriſtum. Unde ex hoc quoq; Origenis loco conſtat, *Vir Clariſſime*, à Joſepho Jeſum D. laudatum non fuiſſe, ſed contrà: itaq; adeò id verum eſſe, quod antea ſæpè ſignificavi, adverſus Jeſum D. ſcripſiſſe Joſephum. Quorſum enim diceret Origenes, CUM NON PROBARIT, &c. Et iterum, QUAMVIS JESUM NON AGNOSCENS PRO CHRISTO? At hodiè agnoſcit.

Mitto dicere, quanquam id reſtat, quis & quantus vir fuerit Origenes. Quorſum enim? cùm id accuratiſſimè à veteribus præſtitum ſit. Docuit ille, ſcripſitq; omni-

omnium maximè, idque temporibus aſperrimis; labantem Eccleſiam conſtantiſſimis laboribus, ac indefeſſo ſtudio ſuſtinuit: Librorum conquiſitor acerrimus (quod ad rem præſentem inprimis facit) poſtremò tantæ in literis præſtantiæ, ut ab ipſomet Porphyrio meruerit laudari, viro, ſi quis alius fuit, religioni Chriſtianæ & ejus cultoribus infeſtiſſimo. Quamobrem non eſt, quod Scriptoris illius teſtimonium, ejus eſſe generis putemus, qualia quotidiè è vaniſſimis auctoribus proferuntur. Neque enim, ceteros ut omittam, eo in numero habitus unquam eſt, vel ab *Hieronymo*, vel ab *Eraſmo*, acerrimis harum rerum æſtimatoribus: Sed ab illo præclaris ornatus laudibus, ab hoc princeps Theologorum paſſim in notis ad N. Teſtamentum nominatus. Poſt-

Poſtquam ſatis, ut videtur, à nobis probatum eſt, in hoc teſtimonio Joſephi fraudem poſteris factam fuiſſe, unum nunc ſupereſſe videtur, quod quis ex me percontetur, quonam ſcilicet tempore ſuſpicer illud παρεγχείρημα admiſſum fuiſſe? Quæ res haud difficulter inveniri poteſt: Id enim *ab Origenis tempore ad Euſebii ætatem* factum, mihi liquet dejerare. Ille autem circa annum CCXXII. & paullò inferiùs florebat; at Euſebius ſub Conſtantino Magno. Conſtat autem ex iis, quæ ſunt à nobis ſcripta ſuperiùs, nondum eam corruptelam in Joſephi libros irrepſiſſe, quo tempore ſcribebat Origenes: Itaque conſtet neceſſe eſt, id intra illud tempus admiſſum fuiſſe, quod *ab Origene ad Euſebium* fluxit. Mihi autem inprimis credibile ſit, au-

ctorem

Digitized by Google

ctorem hujus τεχνάσματος eſſe Euſebium. *Primùm*, nemo omnium eſt, quorum ad nos ſcripta pervenerint, qui teſtimonii hujus vel tantillulum quid ante Euſebium meminerit; ideoque ut videtur, haud par eſt, ut in quemquam alium hujus fraudis ſuſpicio conferri debeat. *Dein*, quid obſtabat, quone Origenem ſtudioſè legeret Euſebius? quod ab eo ſi factum fuiſſet, ſapere haud dubiè didiciſſet. *Præter-* “
ea ſæpiſſimè deprehendi, Scri- “
ptorem illius narrationis ſpe- “
ciem ſequi libentiùs, quàm fi- “
dem. *Tùm* hoc in eo vel ma- “
ximum vitium eſt, quod ubi “
quid in animum induxit, per- “
vicaci confidentia graſſatur; “
quod in iis omnibus animad- “
vertas, quod imprudens veri- “
tatis amor transverſos agit. “

Quis

Poſtquam ſatis, ut videtur, à nobis probatum eſt, in hoc teſtimonio Joſephi fraudem poſteris factam fuiſſe, unum nunc ſupereſſe videtur, quod quis ex me percontetur, quonam ſcilicet tempore ſuſpicer illud παρεγχείρημα admiſſum fuiſſe? Quæ res haud difficulter inveniri poteſt: Id enim *ab Origenis tempore ad Euſebii ætatem* factum, mihi liquet dejerare. Ille autem circa annum CCXXII. & paullò inferiùs florebat; at Euſebius ſub Conſtantino Magno. Conſtat autem ex iis, quæ ſunt à nobis ſcripta ſuperiùs, nondum eam corruptelam in Joſephi libros irrepſiſſe, quo tempore ſcribebat Origenes: Itaque conſtet neceſſe eſt, id intra illud tempus admiſſum fuiſſe, quod *ab Origene ad Euſebium* fluxit. Mihi autem inprimis credibile ſit, au-

ctorem

ctorem hujus πεχνάσματ@ eſſe Euſebium. *Primum*, nemo omnium eſt, quorum ad nos ſcripta pervenerint, qui teſtimonii hujus vel tantillulum quid ante Euſebium meminerit; ideoque ut videtur, haud par eſt, ut in quemquam alium hujus fraudis ſuſpicio conferri debeat. *Dein*, quid obſtabat, quone Origenem ſtudioſè legeret Euſebius? quod ab eo ſi factum fuiſſet, ſapere haud dubiè didiciſſet. *Præterea* ſæpiſſimè deprehendi, "Scriptorem illius narrationis ſpeciem ſequi libentiùs, quàm fidem. *Tùm* hoc in eo vel maximum vitium eſt, quod ubi quid in animum induxit, pervicaci confidentia graſſatur; quod in iis omnibus animadvertas, quod imprudens veritatis amor transverſos agit."
Quis

Quis enim (erit hoc exemplum) ſatis rideat ineptam illam hominis ſententiam, ut quæ à *Philone* de quibusdam Judæis, rerum divinarum contemplationi vacantibus, ſcripta ſunt; ea de primis Chriſtianæ religionis cultoribus, quos ille Marco, Petri diſcipulo, ſubjicit, accipienda exiſtimet? Id ut vincat Euſebius, quid non molitur? interim vel mediocriter eruditi facilè pervideant, nil quicquam fingi poſſe, quod anilibus fabulis conſimiliùs ſit; &, ni princeps bonarum literarum id in Animadverſionibus Euſebianis refutaſſet, à nobis pro modulo noſtro perfici poſſet.

Addam aliud exemplum, quod ingenium hominis penitiſſimè aperiat. *Lib. I. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, cap. VIII.* ubi de crudeli illa infantum carnificina agit, qui ἀπὸ τῶ

διετῶς

διετοῦς καὶ κατωτέρω, ut ait Evangeliſtes, ſuſpicioſi Herodis imperio contrucidati fuerant, ſcribit: Ὡς δ' ἅμα τῇ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ τῶν ἄλλων νηπίων ἐπιβουλῇ, θεήλατος αὐτὸν καταλαβοῦσα μάστιξ εἰς θάνατον κατήλασεν, οὐ χεῖρον καὶ τῶν φωνῶν τοῦ συγγραφέως ἐπακοῦσαι κατὰ λέξιν, ἐν ἑπτακαιδεκάτῃ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας τὴν καταστροφὴν τοῦ κατ' αὐτὸν βίου, τοῦτον γράφοντος τὸν τρόπον. Id eſt: *Ceterum quomodo ſtatim poſt inſidias Servatori noſtro, & aliis infantibus factas, cælitus invecta plaga, illum ad extremum afflictarit, non erit alienum, vocibus auctoris* [Joſephi ſcil.] *ad verbum citatis attentè auſcultare; qui quidem in decimo ſeptimo Judaicæ Antiquitatis libro vitæ illius exitum accuratè ſcribit ad hunc modum.* Tum Joſephi teſtimonium producit, in quo poſt multa, quæ nihil neceſſe eſt transſcribere, inter

cætera hæc leguntur: Ἐλέγετο δ' οὖν ὑπὸ τῶν θειαζόντων, καὶ οἷς ταῦτα περατοφθέγγεσθαι σοφία προὔκειτο, ποινὴν τοῦ πολλοῦ δυσεβοῦς ταύτην ὁ θεὸς εἰσπράττεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως. Id eſt: *Dicebatur ab iis, qui divinandi arte multum pollebant, quiq́ in ſapientia ac ſcientia rerum hujusmodi interpretandarum omne ſuum ſtudium collocabant, Deum has pœnas à Rege, ob variam & multiplicem impietatem, expetiviſſe.* Sed iſtuc quidnam aliud eſt, quæſo, quàm ex hac ſtatua caput demere, ut in illum transferas? nam in eo Joſephi loco de teneris infantibus ab Herode interfectis, ne Mu quidem Lucilianum, ut ajunt; ſed de Juda Sariphæi, & Matthia Margalothi, filiis, Herodis jam morientis juſſu interfectis, ibi agitur: Et tamen fidelis Euſebius, ſublata altera hiſtoriæ parte, & prætermiſſis illorum

rum νομοδιδασκάλων Judæ, & Matthiæ nominibus, Joſephum auctorem producit. Quid, quæſo, iſthuc ſit aliud, quàm ϛροφὰς ϛρέφειν? Quin, *tempora* ipſa *non conveniunt*; quod ſaltem vidiſſe debuerat Euſebius, ſi perſonas mutare decreverat. Nam quod ait idem Scriptor, ἅμα τῇ, &c. *ſtatim poſt*, &c. & antea, μηδὲ σμικρᾶς ἀναβολῆς γεγεννημένης [*nulla vel minima quidem dilatione interpoſita*] falſum eſt. Quid ita tandem? Quia, quod ibi à Joſepho narratur, anno demum ſeptimo poſt βρεφοκτονίαν evenit. Quid autem, cum *quartam Virgilii eclogam de Christo* κατὰ μέρος expoſuit, aut certè explicandam probat? (in illo libro cui titulus eſt: *Oratio Conſtantini ad Sanctorum Cœtum*) quis feſtiviores ludos præberi vidit? Nil equidem per viginti annos, quos legendis veterum

qua meliorum qua nequiorum Scriptorum libris impendi, magis ridiculum vidiſſe me, dejerare poſſum. Sed nunc nuper doctiſſimus ille temporum magiſter, *Blondellus*, id omne acerrimè exagitavit *in libro de Sybillis*.

Iis, quæ modò annotavi, unum addam etiam, unde hominis vanitas & levitas appareant. Beatus *Lucas cap. II.* ait, natum eſſe Chriſtum D. tempore primi cenſus, ſeu primæ deſcriptionis, quæ à Cyrenio, ſeu Quirino, facta *eſt*: Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ, ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. Quid ibi molitur *Euſebius? lib. I. Hiſt. Eccleſiaſticæ cap. V.* hunc B. Lucæ locum confirmari ait, Joſephi teſtimonio; quo nihil quicquam vel magis falſum, vel magis impudens dici potuit. Tantum enim abeſt, ut Joſephus hanc deſcriptionem

cenſus

Digitized by Google

cenſus ſub Herode M ſtatuat, ut contra poſt pulſum Archelaum Herodis filium factam fuiſſe ſcripto prodat, *lib. XVII.* Ἀρχαιολογίας *cap. ultimo ſub finem, & lib. XVIII. cap. I primulo initio.* Et tamen bonus Euſebius Joſephum citat. Βαβαὶ, fidem verò hiſtoricam, ſi Diis placet. Poſſem & alia multa τοῦ αὐτοῦ κόμματος ex eodem Scriptore afferre: ſed, ut opinor, non eſt tanti. Si qui tamen erunt, qui ea de re dubitent, eos ego magnopere rogatos velim, ut illum cum judicio prius legant, quàm quicquam decernant. Atq; utinam ij omnes Scriptores extarent, quorum teſtimoniis utitur Euſebius; haud dubiè multò minus dignationis haberet, quàm apud quoſdam viros bonos obtinet.

Verùm, antequam manum de

tabula, roges fortaſſè, quid ego cenſeam à Joſepho olim hujus teſtimonii loco adverſus Jeſum D. ſcriptum fuiſſe? Nil equidem habeo, ἐξαιρέτως quod ſuſpicer, ita multa ſcribi potuerunt; ſed in iis tamen mihi perquàm veriſimile eſt, omiſſum non fuiſſe, quod apud Matthæum legimus *cap. XXVIII. à verſu XI. ad XV.* cùm præſertim ibi dicatur: Καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον. Benè autem, μέχρι τῆς σήμερον, nam eadem planè à Judæis dicebantur adverſus Jeſum D. etiam tempore *Juſtini*; ut conſtat ex *Dialogo* πρὸς Τρύφωνα, duobus in locis; quorum in altero ait, etiam vulgò appellatum fuiſſe Γαλιλαῖον πλάνον.

Nunc autem illud fortaſſe refellendum eſſet, quod à *Baronio* de hoc teſtimonio ad Ann. Chriſti

Digitized by Google

ſti XXXIV. & XCVI. ſcriptum fuit: ſed opere parcam, cùm ſatis ſuperque refellatur, ſi vera illa ſunt, quæ fuére à nobis dicta ſuperiùs: Et quod *in veteri quodam codice Hebraico totum illud teſtimonium abraſum fuiſſe* ait, minimè mirum. Et videlicet, qui id abraſit, ſi verum eſt, quod ait Baronius, fraus ſuboluerat.

Et hæc quidem paucis, in magnis temporis anguſtiis, raptim ſcripta ſunto. Si Tibi, quod ſanè pervelim, probabuntur, mihi equidem gratu labor, qui Tibi placuero; ſin minus, mihi gratulabor quoque, qui animi mei conſcientiæ morem geſſero. Si qui " porrò erunt, ut ſunt varia ho- " minum judicia, qui exiſtiment, " *non ſatis piè feciſſe me, qui hæc mo-* " *verim*; ex iis perconter libens, " ecquid commune eſſe putent "

lucem

„ lucem inter & tenebras, Chri-
„ ſtum inter & Belialem. Nihil,
„ ut opinor: Quid autem? Ve-
„ ritas Chriſtianæ religionis cum
„ fraudibus timidæ pietatis con-
„ jungi debeat? ne dixeris. Alioqui, *nugatoria* illa *ſcripta*, quæ vulgò ſub *Sibyllarum* nomine leguntur, & alia id genus, quibus de Jeſu D. multa & verè & magnificè memorantur, cur, quæſo, non amplectimur? Cùm olim, ut in Actis SS. Apoſtolorum, Spiritus Pythonis diceret, & verè quidem, Paulum & Silam eſſe δȣ́λȣς τȣ̃ θεȣ̃ ὑψίςȣ, & ab iis viam ſalutis doceri; quamvis vera prædicaret Spiritus impoſtor, non tamen exiſtimavit Paulus, egere ſe eo teſtimonio, quod à Cacodæmone edebatur; qui jam inde ab initio rerum mendax repertus eſſet: Ita ego non abs re, ut opinor, dixerim, nos

hac

hac laudatione D. Jeſu, quæ ex fraude orta ſit, haud quaquam egere. Deinde, qui hoc à me parum piè fieri dixerint, metuo, ut id ipſi ſatis piè faciant, qui ita temerè de aliis judicent. Scio “
equidem, & ultra confiteor, “
longè me ab illa lacrymoſa & “
meticuloſa pietate; quam hodiè “
video in vulgus tantopere pla- “
cere, natura & moribus abhor- “
rere, ut qui maximè; ſed veræ “
tamen ſinceræq; pietatis offi- “
cio digreſſum unquam fuiſſe, “
me qui probet, hominem ſcio “
natu neminem. Videlicet de “
Deo nil parvum, nil humile “
ſentio; nihil, quod eum ad cor- “
poris noſtri miniſterium de- “
primat: Quin contra, mihi “
planè perſuaſum eſt, iſtos, qui “
in templis orantes ſibi oculos “
miſerè pervertunt, manusque “

„ ad cœlum perpetuò jactant;
„ quique ſuſpirabundi indenti-
„ dem exclamant, Domine, Do-
„ mine, illaque ratione popello
„ imponunt, falſo ſe religionis
„ nomine tutari; uſq; adeò ma-
„ gnum intereſſe diſcrimen ar-
„ bitror inter geſticulationem,
„ & germanam pietatem; inter
„ theatrum & templum; inter
ſcenicum artificem, & ἀληθινὸν προσκυνητὴν, ὅστις, ut ait Christus apud Joannem, τῷ πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνεῖ. Vale plurimum, *Vir Clariſſime*, & illius memineris, quod à Platone ſcriptum eſt, ΚΑΛῸΝ Ἡ ἈΛΉΘΕΑ, Ὦ ΞΈΝΕ, ΚΑῚ ΜΌΝΙΜΟΝ.

AD-

ADDITAMENTUM
ex
Ejuſdem Fabri Epiſt. LXVII.
ad Alexandrum Morum
pagg. 222. 223.

Σχεδίασμα illud noſtrum de Joſephi loco lectum à Te fuiſſe, nec improbatum, *More Doctiſſime*, ſummopere gaudeo. Quod autem ſcribis, repertos eſſe iſthic nonnullos, qui *ſcripturam* illam, ut ait Comicus, *in pejorem partem rapuerint*, minimè equidem mihi novum accidit; & tamen præter *unicum memoriæ ſphalma* (cui ſuppetias tulerit Photii locus) ubi de Hegeſippo ago, quem ego pænè puer legeram, neque tunc in his regionibus nanciſci potui, uti tùm monui, nihil eſt, quod vel puer tueri non poſſit. Tamen idem hic quoq; evenit, quod iſthic factum dicis.

EXCERPTA

Ex

Antiquis noviſque Scriptoribus,

qui teſtimonii hujus memi-
nerunt.

Digitized by Google

Digitized by Google

I.

ORIGENES
Contra Celſum
Lib. I. pagg. 35. 36.
ex editione Guil. Spenceri.

Ἐβουλόμην δ' ἂν Κέλσῳ, προσωποποιήσαντι τὸν Ἰουδαῖον παραδεξόμενον πως Ἰωάννην ὡς βαπτιστὴν, βαπτίζοντα τὸν Ἰησοῦν, εἰπεῖν· ὅτι τὸ, Ἰωάννην γεγονέναι βαπτιστὴν, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτημάτων βαπτίζοντα, ἀνέγραψέ τις τῶν μετ' οὐ πολὺ τοῦ Ἰωάννου καὶ τοῦ Ἰησοῦ γεγενημένων. Ἐν γὰρ τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας ὁ Ἰώσηππος μαρτυρεῖ τῷ Ἰωάννῃ, ὡς βαπτιστῇ γεγενημένῳ, καὶ καθάρσιον τοῖς βαπτισαμένοις ἐπαγγελλομένῳ. Ὁ δὲ αὐτὸς, καίτοιγε ἀπιστῶν τῷ Ἰησοῦ ὡς Χριστῷ, ζη-

τῶν

τῶν τὴν αἰτίαν τῆς τῶν Ἱεροσολύμων πτώσεως, καὶ τῆς τοῦ ναοῦ καθαιρέσεως· δέον αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι ἡ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ ἐπιβουλὴ τούτων αἰτία γέγονε τῷ λαῷ, ἐπεὶ ἀπέκτειναν τὸν προφητευόμενον Χριστόν· ὁ δὲ, καὶ ὥσπερ ἄκων οὐ μακρὰν τῆς ἀληθείας γενόμενος, φησὶ ταῦτα συμβεβηκέναι τοῖς Ἰουδαίοις κατ᾽ ἐκδίκησιν Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα ἀπέκτειναν. Τὸν δὲ Ἰάκωβον τοῦτον ὁ Ἰησοῦ γνήσιος μαθητὴς Παῦλός φησιν ἑωρακέναι, ὡς ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου· οὐ τοσοῦτον διὰ τὸ πρὸς αἵματος συγγενὲς, ἢ τὴν κοινὴν αὐτῶν ἀνατροφὴν, ὅσον διὰ τὸ ἦθος καὶ τὸν λόγον. Εἴπερ οὖν διὰ Ἰάκωβον συμβεβηκέναι λέγει τοῖς Ἰουδαίοις τὰ κατὰ τὴν ἐρήμωσιν τῆς Ἱερουσαλὴμ, πῶς οὐχὶ εὐλογώτερον διὰ Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦτο φάσκειν γεγονέναι; οὗ τῆς θειότητος μάρτυρες αἱ τοσαῦται τῶν μεταβαλόντων ἀπὸ τῆς χύσεως τῶν κακῶν ἐκκλησίαι,

κλησίαι, καὶ ἠρτημένων τοῦ δημιουργοῦ, καὶ πάντ᾽ ἀναφερόντων ἐπὶ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἀρέσκειαν.

SIG. GELENIO INTERPRETE.

HIc vellem Judæum, cujus perſonam Celſus inducit, monitum, quando *non inficiatur, Jeſum à Joanne baptizatum*, mentionem Joannis in peccatorum remiſſionem baptizantis facere Scriptorem, qui mox ſecutus eſt Joannis & Jeſu tempora: nam *Joſephus in decimo octavo Antiquitatum* teſtatur, Joannem fuiſſe Baptiſtam, expiationemq́; baptizatis eſſe pollicitum. Idem, *quamvis Jeſum parum agnoſcens pro Chriſto*, dum quærit *cauſam Hieroſolymorum excidii, templiq́ demolitionis* (cùm debuiſſet dicere, id accidiſſe *propter ejus populi contra Jeſum*

ſum inſidias; quia Chriſtum à Prophetis promiſſum interemiſſent) quaſi invitus haud procul à veritate diſcedens, ait, hæc contigiſſe Judæis *in ultionem Jacobi, cognomento Juſti, fratris Jeſu, qui dicitur Chriſtus; quia juſtiſſimum hominem occiderant.* Hunc Jacobum, germanus JESU diſcipulus, Paulus ait *(Gal. I, 19.)* à ſe viſum, ut fratrem Domini; non tàm ob ſanguinis cognationem, communemque ipſorum educationem, quàm ob mores & doctrinam. Ergo ſi *propter Jacobum* dicit, accidiſſe Judæis *deſolationem Hieruſalem*; annon probabilius eſt, *propter Jeſum Chriſtum* id contigiſſe, cujus *divinitatis* teſtes extant tot hominum exemtorum è vitiorum colluvie Eccleſiæ, opificique ſuo adhærentium, & cuncta referentium ad illius placitum?

II. EU-

II.
EUSEBIUS
Lib. I. Hiſt. Eccleſ. cap. 11.
ex editione Rob. Stephani, & Henr. Valeſii.

CApitis argumentum eſt: Τὰ περὶ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ, καὶ τοῦ Χριστοῦ μεμαρτυρημένα, *Teſtimonia de Johanne Baptiſta, & Chriſto.* In contextu affert *duo* Joſephi *teſtimonia;* prius *de Johanne*, alterum *de Domino.* Atque hæc quidem, præmiſſa præfatiuncula hac: ταῦτα περὶ τοῦ Ἰωάννου διελθὼν, καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, κατὰ τὴν αὐτὴν τοῦ συγγράμματος ἱστορίαν, ὧδέ πως μέμνηται. Wolffg. Muſculo interprete: *Hæc ubi de Johanne commemoravit, etiam Servatoris noſtri in eadem commentarii hujus hiſtoria ſic meminit.* Sequitur ipſum Joſephi teſtimonium, ut in ipſo extat, niſi quod habet:

Καὶ

Digitized by Google

Καὶ πολλοὺς μὲν τῶν Ἰουδαίων, πολλοὺς δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο, quod in editis Joſephi paullò aliter legitur. Denique epilogum ſubjicit: Ταῦτα τοῦ ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων συγγραφέως ἀνέκαθεν τῇ ἑαυτοῦ γραφῇ, περί τε τοῦ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, παραδεδωκότος, τίς ἂν ἔτι λείποιτο ἀποφυγὴ, τοῦ μὴ ἀναισχύντους ἀπελέγχεσθαι, τοὺς κατ' αὐτῶν πλασαμένους ὑπομνήματα· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐχέτω ταύτῃ. Id eſt: *Quum hæc igitur Hiſtoricus iſte, ex ipſis Hebræis oriundus, commentariis ſuis olim de Baptiſta Johanne ac Servatore noſtro tradiderit, quodnam ampliùs effugium relinquitur, quò minùs impudentes eſſe deprehendantur, qui commentarios iſtis contrarios confinxerunt? Sed de his hactenus.*

III.

FRECULPHUS,

Epiſcopus Lexovienſis,

Tom. II. Chronic. lib. II. cap. 5.

ex edit. Commelin.

H*Ic in XVIII. Antiquitatum libro* manifeſtiſſimè confitetur, *propter* magnitudinem ſignorum *Chriſtum à Phariſæis interfectum: & Johannem Bapt.* verè Prophetam *fuiſſe, &* propter interfectionem Jacobi *Apoſtoli* Hieroſolymam dirutam. *Scripſit autem de Domino in hunc modum:* Eo tempore fuit Jeſus ſapiens vir; ſi tamen virum

rum eum oportet dicere. Erat autem mirabilium patrator operum, & doctor eorum, qui libenter vera ſuſcipiunt. Plurimos quoq; tàm de Judæis, quàm de Gentibus, ſui habuit ſectatores, & *credebatur* Chriſtus. Cumq́; invidia noſtrorum Principum cruci eum Pilatus addixiſſet, nihilominus qui eum dilexerant, perſeverarunt in eo. Apparuit autem eis III. die vivens. Multa hæc & alia mirabilia carminibus Prophetarum de eo vaticinantibus: & uſque hodiè gens ab

hoc

Digitized by Google

hoc vocabulum ſortita, non defecit. *Refert etiam idem Hiſtoriographus*, oraculum *quoddam*, in ſacris literis *repertum; quod per idem tempus* virum *deſignaret*, ex eorum religione proceſſurum, *qui* totius orbis *potiretur imperio. Cujus oraculi præſagium* Veſpaſianum *declarare ſuſpicatur. Sed Veſpaſianus non aliis, quàm illis* ſolis Gentibus, quæ Romano imperio *videbantur* ſubditæ, *dominatus eſt: nec de proſapia aut religione Judæorum proceſſit. Unde juſtiùs ad* Chriſtum *hæc reſponſa referuntur,*

runtur, ad quem Pater: Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. *Et cujus per idem tempus, per Apoſtolos ſuos*, in omnem terram *exierat ſonus eorum, &* in fines orbis terræ *verba eorum.*

IV.

NICEPHORUS CALLISTUS

Lib. I. Hiſt. Eccleſ. cap. 39.

ex interpr. Jo. Langi.

RElíquum nunc eſſe puto, Joſephum quoq; *veritatis amantem* apud Hebræos *Hiſtoricum*, in medium producere, & quæ is in decimo octavo Antiquitatum libro

Digitized by Google

bro de Servatore noſtro JESU CHRISTO ſcripta reliquerit, primo huic Hiſtoriarum libro, tanquam coronidem apponere. Quum enim de præcurſore Johanne ea, quæ paullò ante recenſuimus, expoſuiſſet, deinde de CHRISTO verbis hiſce ita ſcribit: *Extitit eo tempore JESUS, vir ſapiens, ſi quidem virum eum dicere fas eſt. Erat enim operum, opinionem fidemq; omnem excedentium, effector; & hominum eorum, qui libenter veritatem complecterentur, magiſter. Multos enim ſimul ex Judæis, & ex Græcorum ſuperſtitione, in diſciplinam ſuam aſcivit. CHRISTUS is fuit. Et quum eum principum apud nos virorum delatione, Pilatus crucis ſupplicio affeciſſet; non tamen, qui antè eum erant complexi, conſectari ſuperſederunt. Apparuit quippe illis tertio pòſt die ſuperſtes ac redi-*

redivivus. Quandoquidem divini Prophetæ & hoc, & alia de eo admiranda, vaticinati fuerant. Et ad hodiernum usq; diem, quæ ab eo eſt cognominata, Chriſtianorum gens non defecit. Hæc Joſephus.

V.

JO. TRITTENHEMIUS *in Lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis.*

JOſephus Judæus, natione Hieroſolymitanus, religione Sacerdos, Mathatiæ Sacerdotis filius, Philoſophus, Rhetor, temporumq; Scriptor inſignis; quem in catalogo noſtro non ponerem, niſi & ejus ſcripta legeret Eccleſia, & beatus Hieronymus id porrò feciſſet. Poſt excidium Hieroſolymæ, captus à Veſpaſiano & Tito Principibus, Romam ducitur;

Digitized by Google

tur; & propter ingenii excellentiam, à Senatu & populo Romano magnificè honoratur. *Qui etſi Judæus permanſerit, genus tamen Chriſtianorum ſæpè laudavit*; & de Domino noſtro Jeſu Chriſto, in decimo octavo Antiquitatum libro, *inſigne teſtimonium* deſcripſit.

VI.

GALATINUS

Lib. I. de Arcanis Cathol. Veritat. cap. 4.

cujus hoc lemma eſt:

De Judæorum Scriptoribus, quos paullò poſt Chriſtum paſſum eſſe contigit; & quid de ipſo ſenſerint?

GALAT. Ex quibus nonnulli quidem juxta verum ſenſum prophetias de Chriſto loquentes, rectè enucleare videntur:

nonnulli verò *de ipſo Domino Jeſu, deq́; Chriſtianis benè ſenſerunt*, ut in utrorumq́; ſcripturis liquidò patet. Et ut cæteros nunc taceam, duos duntaxat, quorum apud Judæos plurimum valet autoritas, *Philonem* ſcilicet, ſacerdotali ex genere progenitum, & *Joſephum*, Matathiæ filium, exempli gratia adducam. Qui ſuis in Codicibus Dominum noſtrum *Jeſum Chriſtum* non modò confitentur, verùm *miris* quoque *ac divinis* exornant *laudibus*; ejusq́ue ſectatores maxima proſequuntur laude. Nam *Philo* quidem eo *libro*, quem *de vita noſtrorum*, hoc eſt, *de viris Apoſtolicis* ſcripſit, primam ſub Marco Evangeliſta apud Alexandriam Eccleſiam deſcribens, *Chriſti ſequaces mirum in modum honeſtavit*; eos non ibi tantùm, ſed in multis quoq; provinciis eſſe memorans,

morans, eorumq́; habitacula monaſteria dicens. ** *Joſephus* autem (ut ea, quæ de Johanne Baptiſta, & de Jacobo Apoſtolo, cognomento Juſto, magna cum eorum laude narrat, omittam) in XVIII. Antiquitatum libro, Tiberii Cæſaris, ſub quo Chriſtus paſſus eſt, tempora deſcribens, hæc de Chriſto ipſo Græcè refert: Τȣ̃τον τ̃ χρόνον Ἰησȣ̃ς σοφὸς ἀνὴρ. *Hoc tempore Jeſus, ſapiens vir, &c.* Hæc Joſephus ille, quem Judæi vel maximum putant. Hi igitur viri tàm excellentes, *Philo* & *Joſephus*; qui etſi Græcè ſcripſerint, Judæi tamen ambo fuerunt, paternarumque traditionum acerrimi æmulatores, niſi ea, quæ per Prophetas de Meſſia prænunciata fuerant, rectè intellexiſſent, neque *de Chriſto* tàm *benè opinati* fuiſſent; neque, quæ de ipſo dixerunt, tàm

 veri-

Digitized by Google

veridicè retuliſſent. ** Unde & credi quoque par eſt, alios præter eos, eisdem temporibus permultos extitiſſe, qui & de Domino Jeſu Chriſto rectè ſenſerint; & Prophetarum vaticinia explanantes, vera de eo ſcripſerint. HOGOSTR. Si ergo iſti veritatem agnoverunt, quare *ipſam* amplecti neglexerunt? Conſtat enim (ut alios prætermittam) & *Philonem*, & *Joſephum*, quos exempli gratia attuliſti, *haudquaquam Chriſto adhæſiſſe*; ſed uſque ad obitum in Judaiſmo permanſiſſe. GALAT. Id quidem *verum eſt*, & *de Joſepho præſertim*; ne de *Philone* dicam, qui cum gentis ſuæ legatus ad Cajum Caligulam Romam veniſſet, *admodum familiarem cum Petro*, Apoſtolorum principe, conſuetudinem duxit. Te tamen non ignorare velim, poſt

Domi-

Domini reſurrectionem in *triplex Judæos* diviſos fuiſſe genus. *Quidam* enim videntes Prophetarum dicta in eo conſummata, & fide & opere illi adhæſerunt; ut Gamaliel ille ſenex fecit, cujus dicta apud Talmudiſtas maximæ ſunt auctoritatis. Quod & alii pæne infiniti fecerunt, non de plebeiis, aut ignaris tantùm, ſed de nobilioribus atq; ſapientioribus. Nam ut in Actibus Apoſtolicis ſcribitur, maxima pars Sacerdotum obtemperabat fidei.** *Quidam* verò eorum credebant quidem, ipſum Dominum Jeſum fuiſſe Meſſiam illum, de quo Prophetæ locuti fuerant; Moſaicas tamen obſervantias deſerere nolebant. Hi fide tantùm, & non opere, Chriſto adhæſerunt: Quia Chriſtum quidem confitebantur,

Digitized by Google

in Judaiſmo tamen perſeverabant. *Qualis* (ut arbitror) *Joſephus fuit*; ac alii ferè innumeri. De quibus Actuum Apoſtolorum liber meminit XV & XXI. cap. ubi ſic dicitur: Vides frater, quot millia ſunt in Judæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores ſunt Legis! In hoc tamen maximè errabant. Omnes namque veteris Legis ceremonias, cùm Chriſti geſtorumque ejus figuræ extiterint, in ipſo omninò finem habuiſſe, clarum eſt. Horum etiam quàm plurimi & vera nonnulla de Chriſto ſcripſerunt, & prophetias in multis rectè expoſuerunt. *Alii* denique Judæorum, nec fide nec opere Chriſto adhærere volentes, in perfidia ſibi pertinaciter permanendum, tanquam cœci elegerunt. Qui neque tamen veri-

Digitized by Google

veritatem (vide, quanta veritatis ſit vis) omninò negare valuerunt. Nam Legem Prophetasq́; explanantes, ſola veritate compulſi, ipſam in multis penitùs tacere nequiverunt. Quod abſque divina diſpoſitione factum fuiſſe, putandum non eſt; ut contra veritatis inimicos, eamq́; negantes, ab eiſdem ipſius veritatis teſtimonia haberemus. Nec tamen id veritati præjudicat, quia ipſi non crediderunt; ſed plus teſtimonio addit, quia nec increduli, & inviti ipſam negaverint.

VII.

SIXTUS SENENSIS

Tom. II. Bibliothecæ Sanctæ, lib. IV.

JOSEPHUS, Mathatiæ Sacerdotis filius *** *amicus fuit Chri-*

Digitized by Google

ſtianorum, quanquam Judæus eſſet; & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in 18. Antiquitatum libro *inſigni elogio* celebravit. *Qua de cauſa* D. Hieronymus eum in catalogo Eccleſiaſticorum Scriptorum digna cum laude recenſet.

IDEM SENENSIS.

Lib. VII. Bibl. Hæreſ. II. Diſſol. Object. §. 14.

SI Joſephus inter alias Herodis ſævitias hanc *occiſorum infantium* crudelitatem non recenſuit, nihil id Chriſtianum virum movere debet; præcipuè cùm ipſe *Joſephus* alia ferè *innumera*, multò etiam *majoris momenti*, multoque illuſtriora, vel *oblivione*, vel *incuria*, vel potiùs *malitia* prætererit; ſicuti eum Egeſippus, pervetuſtus Hiſtoricus, accuſat, *quòd divinam Domini noſtri Jeſu Chriſti* RE-

SUR-

SURRECTIONEM ejus divina opera, VOLENS SCIENSQUE tacuerit. Quin & *Evangelii autoritas*, à Spiritus Sancti, & Eccleſiæ catholicæ autoritate pendeat, & *non à teſtimonio Joſèphi*, vel cujuspiam alterius prophani Scriptoris, quantumcunq; probati.

VIII.

CÆS. BARONIUS
Tom. I. Annal. Eccleſiaſt.
A. C. XXXIV.

POſt ſanctos Evangeliſtas, Joſephus *(lib. 18. Antiq. c. 4.)* Judæus reperitur, qui poſt annos quinquaginta, Græco ſermone, res geſtas Judæorum eſt proſecutus: Qui *res* etiam *geſtas Chriſti* addens, eas his paucis perſtrinxit: *Eo*, inquit, *tempore fuit Jeſus, vir ſapiens, &c.* Hæc Joſephus; cujus teſtimonium in pervetuſto Ju-

dæorum Codice, in quo ejus hiſtoriæ, è Græco in Hebraicum tranſlatæ, antiquitùs ſcriptæ ſunt, cùm hîc Romæ requireretur (ô perfidorum imprudentiam!) abraſum inventum eſt; adeò ut nulla, ad excuſandum ſcelus, posſit afferri defenſio, cùm membrana id ipſum exclamare videretur. Habes ejuſdem Joſephi de Chriſto teſtimonium, ab Euſebio *(lib. I. Hiſt. Eccleſ. cap. 11.)* recitatum, atque ab aliis compluribus. Cæterùm *de rebus Chriſti*, ab eodem Joſepho ſcriptis, *parum* eſt, quod illi *debeamus*; quippe qui temporum ordinem invertendo, complura (ut ſuperiùs eſt demonſtratum) ambigua potiùs & obſcura, quàm facilia & certa reddidit. *** At certè credo, hunc, quatenus *Chriſtum Dei filium eſſe fatetur*, non niſi *Dei virtute compul-*

ſum

Digitized by Google

ſum atque *coactum* fuiſſe: Quandoquidem cùm agit (apud *Euſeb. lib.I.Hiſt.cap.22.*) de immenſa clade, Judæis à Tito illata, illius belli cauſam Jacobi potiùs neci, quám Chriſti atroci ſupplicio adſcribendam putavit: Ut videre ſit, ipſum *erga Chriſtum*, & res Chriſtianorum, *parum æquum* fuiſſe *Hiſtoricum.* Hinc meritò de eo conqueritur Hegeſippus (*de Excid. Hieroſol. in præf.*) Judaicarum rerum Scriptor (non ille, ut falſò quidem multi exiſtimant, qui proximus fuit temporibus Apoſtolorum; ſed, ut ex ejus ſcriptis, *lib 3. c.5.*, probatur, qui ſcripſiſſe noſcitur poſt tempora Conſtantini) ſic dicens: *Utinam tàm religioni & veritati attentus, quàm rerum indagini, & ſermonum ſobrietati fuisſet*: Conſortem *ſe enim* perfidiæ Judæorum *etiam in ipſo ſermone* exhi-

exhibuit, quem de eorum ſupplicio *manifeſtavit; & quorum arma deſeruit, eorum tamen ſacrilegia non dereliquit: Deploravit flebiliter ærumnam, ſed ipſius* cauſam ærumnæ *non intellexit.* Hæc juſtè in eum expoſtulans Hegeſippus.

IDEM A. C. XCVI.

Cùm Romæ videret Eccleſiam CHRISTI florentiſſimam, quæ in dies magis ubiq; gentium, ac potiſſimùm Romæ, & apud Nobiles, ipſosq́; Cæſaris affines, feliciter propagabatur; *licet Chriſtianus non eſſet*, tamen *ne inofficioſi Hiſtorici querela tàm juſta urgeri poſſet*, quòd rem, toto orbe perſpicuam, ſilentio obvolutam reliquiſſet; *illud de CHRISTO elogium ſuis ſcriptis intexuit:* Cum enim Judæorum res inſpiceret, penitùs eſſe collapſas, Veſpaſianumq́ue defe-

Digitized by Google

defeciſſe; cui vaticinatus tribuerat, quod CHRISTO revera oraculis Prophetarum prænuntiatum erat imperium, jamque tempus Meſſiæ adventus præteriiſſe videri poſſet; *prudentis potiùs, quàm pii hominis, partes agens,* illud de JESU, *quòd CHRISTUS haberetur, à plurimis tàm Judæis, quàm Gentilibus,* protulit teſtimonium.

IX.

ANT. POSSEVINUS

Lib. XVI. Bibl. cap. 14.

SEd & illud in primis *ſummi momenti* eſt, quod cùm res geſtas Judæorum poſt Chriſtum Dominum attigiſſet, ejuſdem Chriſti Domini non potuit non mentionem facere, cùm ita locutus eſt: *Eo tempore fuit JESUS, vir ſapiens, &c.* Hæc Joſephus. Cujus teſti-

Digitized by Google

teſtimonium (inquit *Cæſar Baronius* Cardinalis tomo primo ſuorum Annalium) in pervetuſto Judæorum Codice, &c. * * * In *cauſa excidii Hieroſolymitani*, quam potiùs *Jacobi neci*, quàm *morti Chriſti* Domini illatæ tribuit, lapſus eſt; ut item in aliis nonnullis.

X.

ROB. BELLARMINUS

Lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

A. M. 4057.

JOſephus Ebræus ** libro decimo octavo Antiquitatum c. quarto reddit Chriſto *mirabile teſtimonium*, affirmans, eum *fuiſſe plus quàm hominem*, & *verè Chriſtum*, in operibus magnificum, in verbis veraciſſimum; & à Pilato quidem occiſum, ſed tertia die reſur-

reſurrexiſſe: cujus teſtimonii meminit *Euſebius* libro primo Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. undecimo, & ſanctus *Hieronymus* in libr. de Scriptoribus Eccleſiaſt. in Joſepho. Quod autem Hebræi dicunt, teſtimonium illud de Chriſto in ſuis libris non haberi, & ideò videri ſuperadditum à Chriſtianis; facilè refelli poteſt. Nam Hebræi *non habent Joſephum, filium Matathiæ,* qui Græcè ſcripſit libros Antiquitatum, de quo nos loquimur; *ſed Joſephum, filium Gorionis,* qui aliquid ſimile ſcripſit Hebraicè: Proinde non eſt mirum, ſi Judæi in ſuo Joſepho hoc teſtimonium non habeant, cùm in noſtro habeatur; & non ſit ſuperadditum, ſed verum & germanum Joſephi teſtimonium. Certè ſanctus *Hieronymus,* & *Euſebius,* viri doctiſſimi fuerunt, & omnes pænè libros veterum

Digitized by Google

terum Scriptorum legerunt: **Et** *nunquam* hoc teſtimonium de Chriſto, Joſepho *tribuiſſent*, *niſi ſciviſſent*, *verè* ab illo auctore *ita ſcriptum* fuiſſe.

XI.

LUCAS OSIANDER

Epitom. Hiſt. Eccleſ. Cent. I. lib. II. cap. 7. f.

TEſtimonium Joſephi de Chriſto ego *omninò ſuppoſititium* eſſe credo, & *ab aliquo ſciolo* ipſius libris *inſertum*. Si enim Joſephus *ita* de Chriſto *ſenſiſſet*, ut teſtimonium illud præ ſe fert, Joſephus *fuiſſet Chriſtianus*: Cùm tamen *in omnibus* ejus *ſcriptis nihil* prorſus, *quod* ſaltem *Chriſtianiſmum redoleat*, reperiri queat.

Digitized by Google

XII.

JS. CASAUBONUS

Exercit. XI. ad Baron. Annal.

Ann. XXI. Num. II.

IN anno Domini XXI. Tiberii quinto, ſine juſta cauſa Joſephus reprehenditur; qui nuſquam dixit, poſt paſſionem Chriſti *Paullinæ hiſtoriam* accidiſſe: licet *mortis Domini* priùs meminerit. Nam quia propoſitum illi non erat, *res Servatoris noſtri* per annos digeſtas explicare; *vitæ illius, paſſionis, & reſurrectionis brevem mentionem conjecit in tempus, quo certum erat, illum vixiſſe*: annorum rationem nullam habuit. Faciunt hoc ſæpiſſimè principes Hiſtorici, *Thucydides, Polybius, Livius*; in iis *præſertim, quibus nolunt immorari*. Sed & in partibus legitimæ hiſtoriæ idem jus perſæpè uſur-

ſurpant, ut dicebamus *in præfatione Chronologiæ Polybianæ.* Neque tamen propterea quiſquam illos reprehendit. Quare non ſunt ferenda hîc de Joſepho iſta verba: *more ſuo plurimùm à veritate temporum diſcrepat.* Taceo alia, quæ poterant in eam rem dici.

IDEM CASAUBONUS *Exerc. XVI. ad Ann. XXXIV.*

Num. CCXXI.

VAldè vereor, ne *ex aliena fide* ſcribat auctor, quæ narrat *de Codice Hebraico* Joſephi, è Græco tranſlato; quem ait extare *in Vaticana*, & ſervare *manifeſta veſtigia impoſturæ* Judæorum, qui *locum de Chriſto*, è libro XVIII. cap. IV. *eraſerint.* Ego verò non puto extare hodiè in rerum natura Joſephi opera, è Græco in Hebræum, ut ait

ait Baronius, converſa. Extat quidem Hiſtoria ejusdem argumenti Hebraico ſermone eleganter contexta, ſub nomine *Joſipon ben Gorion*, ſive *Joſephi Gorionidæ*: qui *impoſtor inſignis* ſic opus ſuum concinnavit, ut vellet videri à vero Joſepho illud fuiſſe ſcriptum. Sed aliter catuli, aliter leones olent. Adeò enim antiquus Joſephus hic non eſt, ut *recens* admodum ſit *Scriptor*, & quidem *Gallus*; ut certis argumentis demonſtravit *Scaliger in Elencho*. Porrò etſi planus hic in multis Joſephum ſequitur κτ̀ πόδα, vel potiùs ejus interpretem Latinum; totius tamen operis textura longè diverſiſſima: Neq; in huncScriptorem, quantum exiſtimo, poteſt cadere, quod ſuaviludius aliquis Baronio perſuaſit.

XIII.

WILH. SCHIKARDUS

in Prœmio ad Tarich,

pagg. 91. 92.

AUdiatur Joſephi, *gente* quidem *ac mente Judæi*, ſed, Rabbinorum quoque judicio, *veracis Hiſtorici* teſtimonium, quod de Salvatore noſtro perhibet lib. 18. Antiq. c. 4: *Eodem tempore fuit JESVS, vir ſapiens, &c.* Et ne fides authoris apud Judæum periclitetur, quæſo vide paradoxum, quomodo eum *R. David* ipſis præferat Sctiptoribus Talmudicis, *Part. I.* ſui *Zæmach fol. 38. b.* (interpete eodem Schikardo:) *Joſephus filius Gorion* (ait ipſe nominat ſe FILIUM MATTHIÆ) *fuit de proſapia Sacerdotum in Jeruſalem, unctus ad bellum* (h. e. Sacerdos caſtren-

ſtrenſis, de quorum officio & authortate pridem in *Jure Regio* tractavi *Theor. 18. fol. 140.*) *Quamvis verò quædam ejus verba, materiæ de Tito, videantur contradicere ſermonibus Rabbinorum noſtrorum piæ memoriæ, qui habentur in capite Nezikin* (quod eſt quintum in libro Gittin) *ſcito tamen, quia vir iſte magnus fuit ſapientia & intellectu, præterea probus & rectus, tum verò anterior in tempore Doctoribus Gemaræ aliquot ſeculis, qui vidit ipſe cuncta, quæ contigerunt ſuis diebus: ideò non teneamus eum pro Scriptore haud veraci.*

XIV.
GEORG. CALIXTUS

in Diſput. de Verit. Unic. Relig. Chriſt. th. XXIIX.

JOſephus, Matthiæ filius, genere Judæus, per patrem è ſacerdotali

dotali primæ vicis, per matrem è regia Aſamonæorum familia oriundus, prudentia & eruditione omnes poſt Chriſtum natum Judæos ſuperans, qui tamen *Chriſtianis ſacris initiatus nunquam fuit* (certè nihil ea de re conſtat) *præclara* tum ipſi Chriſto, tum Johanni præcurſori, tum Jacobo fratri & Apoſtolo *teſtimonia* perhibet. Nam, quod obſervandum, quæ de Apoſtolis diximus, de ipſo etiam Domino, & ſine dubio urgentiore adhuc ratione, dici poſſunt: nempe ſi ſe, Dei filium & mundi Redemtorem profeſſus, non fuit, qui credi voluit; portentoſæ ſive improbitatis, ſive ſuperbiæ, ſive ſtultitiæ, abſolvi nequit. Quibus vitiis ſi obnoxius fuiſſet, pluribus etiam aliis modis ea ſeſe prodidiſſent; quorum tamen nulla exempla memorantur, ſed contraria omnia.

omnia. *Joſephus de eo ſcribit*, quæ ſubjicio, utpote *notatu apprimè digna*: Γίνεται κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ, *&c.*

XV.

CONR. HORNEIUS

Diſſp. Theologic. Part. I.

Diſp. II. Sect. I. theſ. XLIIX.

HUc accedit, quod ipſi infideles Judæi, acerrimi alioqui Chriſti & Chriſtianorum hoſtes, Chriſtum miraculis claruiſſe, in Talmude ſuo fatentur. *Eximium* etiam *teſtimonium* eſt, quod ex eadem gente veritati dicit inſignis Scriptor, Joſephus lib. XVIII. Antiq. Judaic. cap. IV: *Eodem tempore*, inquit, *erat Jeſus, vir ſapiens; ſi tamen virum eum fas eſt dicere: erat enim mirabilium operum patrator, & doctor eorum, qui libenter vera ſuſci-*

piunt. Et rurſus: *Apparuit eis* (diſcipulis ſuis) *tertia die vivus, ita ut divinitùs de eo vates hoc & alia multa admiranda prædixerant*. Ita ille, qui *nec ipſe* tamen *Chriſtianus*, quod ſciatur, fuit.

XVI.

GREGORIUS GREGORII FRANCUS

in Lexico Sancto, num. LXXVIII.

CÆterum eſt in primis animadverſione dignum, Joſippum & Talmud cujuſdam ישו הנצרי, *Jeſu Nazareni* meminiſſe, de quo turpia multa prædicant; quem tamen imprudentes quàm plurimi, ipſum ישוע Jeſum Salvatorem noſtrum fuiſſe, arbitrantur. Monuit hoc *Sebaſtianus Lepuſculus*, cujus Epiſtola extat in Centuria, à *Goldaſto* edita, *p. 247. num. 61.* oſtenditq́; hunc ישו fuiſſe cx. circiter annis ante Jeſum Salvatorem

rem noſtrum, regnante Hircano Machabæo, Simonis Machabæi filio; eumq; adultera ac polluta natum, idololatram, magum, & tandem ob ſcelera ſua ſuſpenſum fuiſſe. Tantum errorem aluit hactenus, & roboravit, Hiſtoriæ & Chronologiæ ignoratio; nec non recentiorum Judæorum cœca perfidia: *quos* Joſephi Hiſtorici de CHRISTO JESU teſtimonium ex lib. 18. Antiq. Judaic. cap. 6. *abundè refellit.*

Nota: De hoc Jeſu fabulam Talmudicam uberiùs recenſet *Galatinus lib. I. Arcan. cap. 7.* ſed cenſuram non effugiſſe *Rainoldi Prælect. CLIII. de libris Apocryphis*, obſervavit *Jo. Coccejus in Not. ad Excerpta Gemaræ Sanhedrin, cap. XI. num. XXXVII. pag. 365, & ſeqq.* Adde *Schikardum in Procemio ad Tarich, pag. 83. usq; ad pag. 96. Micrælium lib. IV. Judæ, dial. 2. p. 45. & Dav. Chriſtiani, Diſp. II. de Meſſia, th. 135. 138.* qui omninò conſulendi ſunt.

Digitized by Google

XVII.

JO. CLOPPENBURCHIUS *in Epiſtola ad* LUD. CAPPELLUM, *pagg. 158. 159.*

ALterum problema habe, occaſione obſervationis tuæ ad Hiſtoriæ Judaicæ Compendium ex Joſepho, de Jeſu Chriſti Domini noſtri *mentione perhonorifica*, quæ extat apud Joſephum. *Meritò ſuſpecta* Tibi videatur, quæ iſthic de Chriſto dicuntur; & *falsò adſcripta Joſepho* περιοχὴ illa, cujus *nulla* eſt *cum antecedentibus & ſequentibus connexio.* Cogita, quæſo, accuratiùs, annon vero ſimile ſit, fuiſſe illo loco à Joſepho factam Chriſti mentionem ejusmodi, quæ ἀναλόγως perfidiæ Judaicæ blasphemam habuerit connexionem cum ſequenti hiſtoria; quæ

magis

magis ἀπροσδιόνυσος eſt, ut jam quidem jacet, quàm mentio Chriſti; ut voluerit Joſephus paralleliſmo Paullinæ, ſua opinione à Deo, revera à Decio Mundo imprægnatæ, aut ſtupratæ, ridere fidem Chriſtianam de conceptione Jeſu Chriſti, & nativitate ex Virgine per operationem Spiritus Sancti. Propter quam blaſphemiam ita ſuſpicor, à Chriſtiano aliquo caſtigatum, & caſtratum eo loco Joſephum, ut jam illa περιοχὴ ſit ἀσύνδετος.

XVIII.
LUD. CAPELLUS
in Reſponſoriis ad
JO. CLOPPENBURCHIUM
pagg. 168. 169.

AD conjecturam tuam de Joſephi Hiſtorici periocha, quæ de

Digitized by Google

XVII.

JO. CLOPPENBURCHIUS *in Epiſtola ad* LUD. CAPPELLUM, *pagg. 158. 159.*

ALterum problema habe, occaſione obſervationis tuæ ad Hiſtoriæ Judaicæ Compendium ex Joſepho, de Jeſu Chriſti Domini noſtri *mentione perhonorifica*, quæ extat apud Joſephum. *Meritò ſuſpecta* Tibi videatur, quæ iſthic de Chriſto dicuntur; & *falsò adſcripta Joſepho* παρεκβολὴ illa, cujus *nulla* eſt *cum antecedentibus & ſequentibus connexio*. Cogita, quæſo, accuratiùs, annon vero ſimile ſit, fuiſſe illo loco à Joſepho factam Chriſti mentionem ejusmodi, quæ ἀναλόγως perfidiæ Judaicæ blasphemam habuerit connexionem cum ſequenti hiſtoria; quæ

magis

magis ἀπροσδιόνυσ© eſt, ut jam quidem jacet, quàm mentio Chriſti; ut voluerit Joſephus paralleliſmo Paullinæ, ſua opinione à Deo, revera à Decio Mundo imprægnatæ, aut ſtupratæ, ridere fidem Chriſtianam de conceptione Jeſu Chriſti, & nativitate ex Virgine per operationem Spiritus Sancti. Propter quam blaſphemiam ita ſuſpicor, à Chriſtiano aliquo caſtigatum, & caſtratum eo loco Joſephum, ut jam illa περιοχὴ ſit ἀσύνδετ©.

XVIII.

LUD. CAPELLUS

in Reſponſoriis ad

JO. CLOPPENBURCHIUM

pagg. 168. 169.

AD conjecturam tuam de Joſephi Hiſtorici periocha, quæ de

Chriſto loquitur; agnoſco & eam eſſe acutam, atque ingenioſam: ſed neſcio an ſatis ſit Joſephi eo loco menti & ſcopo, adeoque & verbis accommodata. Refert nempe iſthic Joſephus aliquot *gentis ſuæ*, quas à Romanis paſſi fuerant Judæi, *clades* atque *injurias*. Nam ante periocham de Chriſto narrat, quomodo Hieroſolymis malè accepta fuiſſet à Pilato clamoſa, atque in ipſum contumelioſa Judæorum turba; poſt eam verò, quomodo *Romæ pulſi* ſint, Tiberii juſſu atque edicto, *tota Jtalia* Judæi; ac quatuor eorum millia ſub prætextu militiæ fuerint in Sardiniam inſulam miſſa. Jam verò quia hæc poſterior Judæorum calamitas illis acciderat, ob *inſignem impoſtoris* Judæi, religione ſui Templi dolo malo abutentis, *fraudem*: ne quis Romanus

manus impoſturam illam Judæis per convitium in os objiceret, præmittere voluit *aliam longè graviorem* Equitis Romani, religione ſacrorum templi Iſidis ad turpiſſimum facinus abutentis, *impoſturam*; ut ſi quis vellet Judæis facinus impoſtoris illi[9], Doctoris nomen mentientis, objicere, haberent illi in promptu, quod ſtatim regerere poſſent *Decii Mundi longè turpiſſimum factum*. Hæc inter ſe *argumenti ſimilitudine* atque affinitate *cohærent*, adeoque apertè à Joſepho in hiſtoriæ ſuæ narratione connectuntur, ſi periocham de Chriſto (*quæ cum iſtis nihil habet commune*) detrahas. Nam ante eam, hæc ſunt ultima Joſephi verba, καὶ οὕτω παύεται ἡ στάσις, ſublata, quæ de Chriſto eſt, periocha ſequitur: Ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἕτερόν τι δεινὸν ἐθορύβει τοὺς Ἰουδαίους.

Quæ verba apertè ſatis cohærent cum illis, ὅτω παύεται ἡ ςάσις. Narratio autem de *Paullina* inſerta eſt, ac præmiſſa narrationi de *Fulvia*, ob eam, quam antè dixi, cauſam, tum etiam ob argumenti ſimilitudinem; quia *in utroq; facto impoſtura eſt* hominum, religione ſua turpiter abutentium: & *utrobiq; Saturninus* eſt, tum Paullinæ tum Fulviæ *maritus*. Hæc mihi videtur commodiſſima τῆς συναφείας in Joſephi hiſtoria ratio.

XIX.

THEOD. HACKSPAN

in Aſſertione Paſſionis Dominicæ, adverſus Judæos & Turcas, Dialogo incluſa.

JUDÆUS. Varia commiſces; de Meſſiæ paſſione nil fando accepi, nil ſacræ ſuggerunt literæ, nil

nil Moſes, nil Prophetæ, nil poſtremò Hagiographa memorant: Jeſum autem illum, Mariæ filium, à majoribus noſtris in crucem actum, *ſi maximè inficias iverim, Joſephus noſter falſi me argueret*; qui *lib. 18. cap. 4.* diſertè teſtatur, eum accuſatum à noſtræ gentis principibus, à Pilato condemnatum, execranda crucis morte peremtum.

Nota: *CL. Hackſpanius* P. M. olim apud *D. Calixtum*, ςόμα πρὸς ςόμα de hoc Flavii teſtimonio; quod Vir magnus tùm temporis, ceu genuinum, firmiter defendit; ut ipſius teſtatur *Diſp. de Verit. Unic. Relig. Chriſt.* Noluit igitur optimus illi Hackſpanius refragari, veterem ſecutus ſententiam, ut nomen impietatis evitaret. Hunc ipſum Præceptoris locum *Rupertus Snellio*, illius diſcipulo, *Epiſt. I. pag. 82.* impegit.

XX.

PAG. GAUDENTIUS *de Progreſſu Philoſophiæ apud Romanos, Cap. LXXVII.*

SAlianus aliquis, aut *Auguſtinus Maſcardus* Salianum ſecutus, dicent, eum *corrupiſſe ſacras antiquitates*, & invertiſſe, ut *adularetur Veſpaſiano, Tito, Domitiano*; imò pleraque omnia, & inſigniora miracula, quæ exſtant apud Moſen, aut negaſſe, aut interpolaſſe, *rem facturum gratam iiſdem Principibus.* Sic ergo indignum eſſe, qui Philoſophiæ nomine commendetur; cùm Philoſophia generoſa ſit, & palpum non obtrudat, ſed libertate in dicendo Vero utatur. Sed non eſt difficile, defendere Joſephum adverſus impudentiam *Saliani*, & *Maſcardi*; nam quod *veridicus* fuerit *Hiſtoricus*, docent libri de

Digitized by Google

de *bello Judaico*, qui repoſiti ſunt in publica Bibliotheca Romæ; quosq́; ne ipſe quidem *Salianus*, & *Maſcardus*, ut falſos reprehendere ſunt auſi. Quòd verò in *Antiquitatibus* noluerit *adulari*, ex eo conſtat, quia non apparet, Principes illos valdè fuiſſe ſollicitos de ejusmodi opere. Certè id abſolutum eſt anno XIII. Domitiani. *Non* ergo *voluit adulari Veſpaſiano, & Tito*; qui mortui erant: *nec Domitianus ipſum impulit* ad ejusmodi opus, *ſed* potiùs *Epaphroditus*, vir inſignis, & omnimoda rerum cognitione inſtructus; cui etiam Antiquitates dedicavit. *** Tantum abeſt, ut Joſephus evertat miracula Moſis, ut multa alia recenſeat, quæ faciunt ad oſtendendam divinitatem earundem ſacrarum litera-

rum̃. Vide narrationem ejus, quando agit de tranſlatione S. literarum ſub Ptolomæo Philadelpho: Vide, quæ habet, quando agit de Machabæis, de *everſione Hieroſolymorum*. Quid? quod *inſigne teſtimonium* perhibuit Domino noſtro Jeſu Chriſto, dum dixit, *eum operatum eſſe miracula*; Quæ narratio procul dubio non placuit Imperatoribus, præſertim *Domitiano*, qui *S. Johannem* expulit urbe. Usque ad *Salmeronem*, & *Salianum*, non exſtitit, qui ejusmodi ſcelus impegerit Joſepho. S. Hieronymus eum recenſuit inter Scriptores Eccleſiaſticos: auctores hiſtoriæ Eccleſiaſticæ antiqui eum commendarunt. An cœperunt videre *Salmeron*, *Salianus*, *Maſcardus*, quod cernere non potuerunt tot ſapientiſſimi viri?

XXI.

D. JO. MULLERUS

Part. I. Judaiſmi, lib. I. cap. 29. num. VIII.

RAbbi Luſitanus ſchreibet fol. 26. in Colloqu. Mittelburgenſi: Ob zwar Joſephus zeuge/ daß Chriſtus Wunder gethan/ ſo ſey doch daſſelbige Zeugniß verdächtig/ und von andern hineingeflicket. Joſephus erzehle erſtlich/ wie Pilatus zum Aufruhr Urſache gegeben/ darauf ſolle folgen ein Tert/ um dieſelbige Zeit iſt den Jüden noch eine andere Unruhe zugeſtanden: weil aber darzwiſchen erzehlet werde die Hiſtoria von JEſu/ hange der Tert nicht ancinander; die andere Unruhe zeige auf die erſte: Das Wörtlein/ und/ beweiſe/ daß auf Pilati Aufruhr die andere Unruhe bald ſolle erzehlet werden. Es

ſey auch nicht glaublich/daß Joſephus ſolle einerley Art zu reden brauchen: Erſtlich ſolle er ſagen/ es hat eben zur ſelbigen Zeit gelebet JEſus / und bald darauf: Um dieſe Zeit iſt den Jüden noch eine andere Unruhe zugeſtanden. Es ſey auch Chriſtus damals ſchon geſtorben geweſen/ wie könne denn Joſephus ſagen/daß er um die Zeit gelebet; und ob es gleich Joſephus ſelber geſchrieben hätte / ſo habe er doch an dieſen JEſum nicht geglaubet. Antwort/ es ſind die Jüden voller Gifft/ Neid/ und Zorn/ auf den JEſum von Nazareth; aus ſolchem Zorn wollen ſie kein Zeugniß annehmen ſeiner Wunder/ ob es gleich ihre eigene Scribenten ſetzen. Es findet ſich dieſes Zeugniß beym Joſepho im 18. Buche/cap.4. im Griechiſchen Texte/ darinnen er

ſeine

ſeine Hiſtoriam beſchrieben; und ſind die Urſachen viel zu ſchlecht / welche die Jůden anziehen / um derer Willen wir glauben ſolten / daß ſolch Zeugniß von andern hinein geflicket were. (1.) Die Aufruhr Pilati / und die nachfolgende Unruhe / kőñen wol leiden / daß die Hiſtoria von JEſu mitten eingeſetzet werde; denn der Text ſaget nicht / daß eben zwiſchen der Aufruhr / und der andern Unruhe / die Geſchicht JEſu ſich begeben; ſondern daß es um dieſelbige Zeit geſchehen: Es hat auch zur ſelbigen Zeit gelebet JEſus / ein ſehr weiſer Mann. Als die Aufruhr / und das andere Unglůcke ſich begeben / hat JEſus gelebet; was aber JEſus von ſeinen Wunderwercken / Tode / Auferſtehung und Nachfolgern ſchreibet / hat nicht eben die Meinung / als ob es ſich alles zwiſchen der Aufruhr / und dem andern Unglůcke /

glücke/begeben; ſondern es wird nur die Perſon beſchrieben / mit welcher ſich ſolche Dinge hernach zugetragen. Das erweiſet der Text Joſephi/ das Geſchlecht der Chriſten währet noch/ biß auf den heutigen Tag; dadurch er nicht eben den Tag verſtehet/ an welchem die andere Unruhe ſich begeben; ſondern an welchem er ſeine Hiſtoriam geſchrieben/nach Chriſti Tod und Auferſtehung/und auch nach derſelbigen Unruhe. Das Binde-Wörtlein/ und / hebet ſolches nicht auf; denn das Wörtlein bey allen Scribenten auf vielerley Weiſe gebraucht wird/ den Text zu binden / und aneinander zu hangen. Stehet doch in der Hiſtoria von Chriſto das Wörtlein/ auch / welches nicht weniger als/ und / ein Binde-Wörtlein iſt: So kan auch die erſte und andere Unruhe beyſammen erzehlet werden/ doch alſo/

ſo/ daß die Hiſtoria von Chriſto / als in parentheſi, mit eingeſchloſſen werde. (2.) Daß es nicht bräuchlich ſey / alſobald aufeinander zu reden / zur ſelbigen Zeit / und / um dieſe Zeit / darinnen jrret der Rabbi ſehr. Wie oft wird ſolche Art zu reden bey dem Propheten wiederholet? Jer. 31. ſtehet zu dreyen malen aufeinander / v. 27. **Sihe / es kommet die Zeit** / v. 31. **Sihe / es kommet die Zeit** / v. 38. **Sihe / es kommet die Zeit.** Amos. 4. ſtehet fünffmal aufeinander / v. 6. 8. 9. 10. 11. **Noch bekehret ihr euch nicht zu mir.** Solten denn darum die Propheten verfälſchet ſeyn / weil ſie ihre Rede etliche mal wiederholet? Das würde folgen aus dem Schluß dieſer Rabbinen / wenn Joſephus darum ſolle verfälſchet worden ſeyn. (3.) Were Chriſtus gleich damals ſchon geſtorben geweſen / würde doch darum der

Text

Digitized by Google

Text nicht verfälſchet ſeyn; denn Joſephus erzehlet vergangene Geſchichte: Wolan / iſt JEſus ſchon geſtorben und auferſtanden geweſen / ſo iſt ſolches von Joſepho beſchrieben / als ein vergangenes. (4.) Hat Joſephus nicht geglaubet an JEſum / wolan / ſo kehren wir es um / und ſchlieſſen für uns / daß ihm deſto mehr zu glauben ſey. Hätte er an JEſum geglaubet / würden die Jüden ſagen / er hätte es gethan / dem JEſu zu Ehren / welchen er für ſeinen GOtt gehalten: Aber weil er nicht an ihn geglaubet / iſt ſein Zeugniß deſto kräfftiger / dieweil er unparteyiſch redet / und dem ein gutes Zeugniß gibt / welchem er doch nicht zugethan geweſen. (5.) Daß Joſephus ſolches an andern Orten nicht wiederholet / iſt kein Beweis / daß es in ſeinen Text von andern geflicket ſey. Denn er hat ſolcher Hiſtorien viel / derer an an-

dern

Digitized by Google

dern Orten von ihm nicht gedacht wird; die darum von andern nicht ſind darein geſchoben. Und wenn es gleich zehenmal im Joſepho zu finden were / daß JEſus Wunder gethan hätte / würden die Jüden doch immer ſagen / daß es von andern eingeſchoben / und Joſephus an ſo vielen Orten verfälſchet were. Ob einmal / oder etliche mal / etwas in einem Hiſtorien-Schreiber gedacht wird / das machet die Sache weder gewiſſer / noch ungewiſſer; die Warheit kan einmal geredet werden / die Lügen können auch offtermals wiederholet werden. (6.) Man hat Joſephum auch zwar in Hebreiſcher Sprache / darinnen dieſe Hiſtoria von Chriſto nicht wird gefunden; es iſt aber nicht der rechte Joſephus / Matthathiæ Sohn / ſondern Ben-Gorionis, oder Gorions Sohn; welcher den rechten Joſephum aus der Griechiſchen Spra-

Digitized by Google

Sprache in die Hebreiſche überſe-
tzet; und dieſe Clauſul von Chriſto
den Jüden zugefallen auſſen gelaſſen.

XXII.
MICHAEL WALTHER

in Præfat. Commentar. in Epiſt. ad Ebræos, num. IV.

JOSEPHUS, der Jüdiſche Geſchichtſchreiber/ ein Sohn Matthatiæ/und Prieſter von Jeruſalem/ den Veſpaſianus gefangen bekommen/ hat von unſrem Seeligmacher lib. 18. Antiquitat. c. 4. das ſchönſte Zeugniß/ vor den vorigen/ produciret/ und in der Griechiſchen Sprach/ derer er ad ſtuporem usque kundig geweſen; daß er daher dem Hieronymo Epiſt. 22. *Græcus Livius* heiſſen muß/ in der Stadt Rom/ darinnen er ſeine zwantzig Bücher de Antiquitatib⁹ Judaicis verferti-

fertiget; wie er am Ende derer ſelbſt bekennet / ſo geſchrieben: Γίνεται κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνὴρ, &c. [Sequitur verſio Latina, ex editione Frobeniana; & Hieronymi translatio.] Das lautet auf Teutſch alſo: Zu derſelbigen Zeit iſt geweſen JESUS, ein WEISER MANN / wo man ihn anderſt einen Mann nennen darff; dann er war ein Thäter wunderbarer Wercke / und ein Lehrer derer / die gern annemen / was waar iſt: Er hat auch / ſowol von Juden / als Heyden / viel Nachfolgere gehabt / und war (und wurd geglaubet) CHRISTUS: (der MESSIAS und Geſalbte) Und als ihn / aus Neid unſerer Oberſten / Pilatus dem CREUTZ zugeurtheilet hatte / ſind nichts deſtoweniger die / welche ihn erſtlich geliebet / beſtändig bey ihm

Digitized by Google

ihm verblieben: dann er iſt ihnen LEBENDIG erſchienen am dritten Tag: Von ihm haben dieſe und viel andere Wunderdinge die Propheten in ihren Büchern geweiſſaget: Und biß auf den heutigen Tag höret nicht auf zu ſeyn das Volck der CHRISTEN/ die von ihm den Namen bekommen. Von dieſem Zeugniß iſt unter den Gelehrten viel diſputirens. 1. Die heutigen verſtockten Juden verläugnen es ſimpliciter, halten es pro ſuppoſititio; und ſprechen/ es ſtehe in ihrem Ebræiſch-überſetzten Joſepho nicht. Nun iſt es wol nicht ohn/ derſelbe Joſipon/ Ben-Gorion, oder Joſephus Gorionides, hat das teſtimonium freylich fürbeygangen; er iſt aber ein Scriptor recentior, und wie es Joſephus Scaliger aus gewiſſen Argumen-

umentken beweiſet/natione Gallus:
nd ob er ſich ſchon befliſſen/ ſeine
Hiſtorien eleganter genug in der
Ebræiſchen Sprach zubeſchreiben/
nd dafür geachtet zu werden/ als
dann er dem alten Joſepho überall
uf dem Fuß nachgefolget hätte;
o iſt doch gleichwol nach Caſaubo-
i judicio Ex. 16. p. m. 549. totius
peris textura longè diverſiſſi-
na: Und er iſt mehr im überſetzen
er Lateiniſchen Verſion nachge-
angen/ als dem Griechiſchen Ori-
inal-Text. Iſt alſo dieſer planus
c impoſtor etwa einer geweſen aus
en heutigen verſtockten Juden/wel-
he perduelles und ewiggeſchwor-
e Todfeinde deß JESU von Na-
areth ſind: Dannenhero es kein
Wunder nicht/ daß er das ſchöne
Zeugniß/aus boßhafftigem und ver-
gallten Gemüt/ gantz ausgelaſſen.
Merckſam iſt es hingegen/ was Ba-
ronius

ronius in Annal. Eccleſ. ad An. 34. num. 226. ſo annotiret: *Joſephi teſtimonium in pervetuſto Judæorum Codice, in quo ejus Hiſtoriæ, è Græco in Hebraicum translatæ antiquitùs ſcriptæ ſunt, cùm hîc Romæ inquireretur (ô perfidorum impudentiam!) abraſum inventum eſt; adeò, ut nulla ad excuſandum ſcelus poſſet afferri defenſio, cùm membrana ipſa id exclamare videretur.* Caſaubonus meinet zwar loc. alleg., das habe der Cardinal ex aliena fide geſchrieben / und er halte dafür / die Opera Joſephi aus dem Griechiſchen ins Ebræiſche übergeſetzet / ſeyen heutiges Tages nirgend in rerum natura zu finden. Jch weiß aber nicht / ob hierinnen dem Baronio mit gutem Fug ſo gar kein Glaub zugeſtellet werden könne? Seine Wort klingen je nicht anderſt / als dahin / daß er deſſen ein αὐτόπτης geweſen ſey; und den ange-

angezogenen Codicem zu Rom in Bibliotheca Vaticana ſelbſt geſehen habe; es mag denſelbigen verfertiget haben/ wer da gewolt. Uns vergnüget/ wider die Apellas und Recutitos, mittels deſſen das/ daß der rechte/ alte Joſephus ſolches teſtimonium beſtändig führet in allen Griechiſchen editionibus; und ſo daraus angezogen wird / nicht allein / wie ſchon gehöret/ vom Hieronymo in der Lateiniſchen/ ſondern auch in der Griechiſchen Sprach vom Euſebio lib. II. Hiſt. Eccleſ. c. 11. Ja/ „ wenn man bey dem Joſepho den „ gantzen contextum anſihet / ſo „ mercket man/ daß derſelbige feine „ Nachrichtung von ſich gebe/ daß „ dieſes teſtimonium genuinum „ ſey: Dañ vor und nach dem han- „ delt er daſelbſt durch das gantze „ Capitel von unterſchiedlichen ſe- „ ditionibus der Juden/die ſie wi- „

S der

„ der den Römiſchen Landpfleger
„ Pilatum erreget; zu deſſen Zeiten
„ auch JESUS geweſen iſt. Darum hat man ſich zu verwundern/ daß auch jemand unter den Chriſten/ und namhaftiglich unter unſeren Lutheriſchen Theologis, ſich finden laſſen/ nemlich Lucas Oſiander, welcher Centur. I. Epitom. Hiſt. Eccl. p. 17. das ſetzet: *Teſtimonium Joſephi de CHRISTO ego omninò ſuppoſititium eſſe credo, &c.* Aber die vorangeführten Gründe laſſen uns an der Warheit dieſes Zeugniß gar nicht zweiffeln/ daß es vom Joſepho ſelber ſeinen Schrifften einverleibet worden ſey. Das Argument/ daß er kein Chriſt geweſen ſey/ und nichts Chriſtliches in ſeinen Büchern hinter ſich gelaſſen/ urgiret auch Baronius, ob er ſchon de genuitate & veritate teſtimonii ipſius nicht zweiffelt; und

und ſchreibet loc. all: *De rebus CHRISTI, ab eodem Joſepho ſcriptis, parum aut nihil eſt, quod illi debeamus, &c.* [Sequuntur loca duo Baronii, unusq; Hegeſippi.] Aber wann Joſephus ſchon ſein Zeugniß / von GOtt dazu gezwungen und genöhtiget / unſers Seeligmachers wegen / abgeleget hätte; ſo were es uns doch allbereit eben darum genugſam zu dem Scopo und Endzweck / um deſſen willen wir es produciren / und hoch æſtimiren. Wañ er auch gleich für ſich in gantz keinem reſpect ein Chriſt geweſen were / ſo bekräfftigte doch dieſes ſein herrliches Zeugniß / daß er ſo wol CHRISTO, als ſeinen Chriſten / nicht übel affectioniret geweſen ſey. Er hat auch ohne das / ſo wol Johannis / deß Täuffers / als deß Apoſtels Jacobi / in allen Ehren gedacht. Dann von jenem leſen wir cap. 7. lib. alleg. das: *Apud*

Judæos fuit opinio, juſta ultione Numinis deletum Herodis (Antipæ) *exercitum propter Joannem, qui Baptiſta cognominatus eſt: Hunc enim Herodes necavit, virum bonum, Judæos excitantem ad virtutum ſtudia, & in primis pietatis & juſtitiæ; ſimulq́ ad baptiſmi lavacrum: Quod ita demum DEO gratum ajebat fore, ſi non ab uno tantùm alteróve peccato abſtinerent; ſed animis per juſtitiam priùs mundatis, adderent & puritatem corporis, &c.* Von dieſem handelt er lib. 20. Antiq. c. 8 und nennet ihn *fratrem JESU CHRISTI*; und erzehlet / daß ihn König Herodes (Agrippa) ermordet / und ums Leben gebracht habe. Darum iſts viel geſaget / daß in allen Schrifften Joſephi nichts gefunden werden könne / welches zum wenigſten nach der Chriſtlichen Religion riechen ſolte. Ja Petrus Galatinus zehlet ihn/und

den

en Philonem, lib. 1. c. 4. ausdrück-
ich unter die Chriſten, welche Chri-
to zwar nicht mit dem Werck / weil
ie die Moſaiſchen Obſervationes
och nicht fallen laſſen wolten / doch
nit dem Glauben angehangen / und
egläubet haben / daß der HERR
ESUS der jenige Meſſias ſey / von
em die Propheten geweiſſaget. Wie
emnach Baronius den Joſephum
n vielen Sachen reprehendiret/da
r das crimin iren gar nicht meriti-
et; welches Jacobus Salianus, der
Frantzöſiſche Jeſuwider / in ſeinen
Annalibus Sacris noch bey weitem
rger machet / der ihn faſt nichts für
ut hinſtreichen läſſet / aus gleichem
autern Haß; alſo thut er ihm auch
ie Gewalt und Unrecht. Und der
axiret 3. noch etwas an dem fürha-
enden teſtimonio: *De quo*, ſpricht
r loco poſtremùm adducto, *illud
tantùm monuiſſe ſufficiat, aliter ſe ha-*
 buiſſe

buiſſe ejus lectionem S. Hieronymi temporibus, ab ea, quæ legitur in præſentiarum: Nam quod Latina verſio habet, CHRISTUS hic erat, *S. Hieronymus ſic ex Græco reddidit:* Et credebatur eſſe CHRISTUS. *Quæ lectio nobis magis probatur, ut quæ conſentire videatur Auctoris ſtudio & profeſſioni; quippe qui, ſe eſſe Judæum, & non Chriſtianum, in omnibus præ ſe ferret: Licet in cæteris, quæ in eam ſententiam de CHRISTO ſcribit, Numine ipſo cogente, profeſſus ſit veritatem.* Aber woher wird das vermutlich/ daß nunmehro alle unſre Griechiſche Codices, die beſtändig leſen/ Χριςὸς ὗτος ἦν, ſolten in dem Punct und Commate verfälſchet ſeyn? Die Lateiniſche Verſion deß Euſebii, Anno 1570. zu Baſel publiciret/ liſet lib. I. de Hiſt. Eccleſ. c. 11. je auch/ CHRISTUS hic erat. Und warum kan nicht beydes beyſam-

beyſammen Statt haben? wie ich es droben in der Teutſchen tranſlation beydes mit Fleiß zuſammen geſetzet habe: CHRISTUS hic erat, & credebatur? Dann ſicut *dici*, ita & *credi*, requirit ineſſe: Wer CHRISTUS in der That und Warheit iſt / der wird auch billich dafür gegläubet. Und ſo hat Hieronymus das conſequens für das antecedens ſetzen wollen.

XXIII.
JO. CONR. DANNHAWERUS

Act. I. Dramatis Sacri, Theat. I. Phænom. II. pag. 67.

VIdiſſes Hiſtoricos, Philonem, *ait*, & Joſephum, magnum auctorem; niſi ubi κάλυμμα Judaicum obfuit, aut *adulatio in tranſverſum rapuit*, de quo Sixt. Senenſ.

 Biblio-

Bibliothecæ lib. 4. p. 337. Extat ejus *egregium* de Jeſu Nazareno *elogium (quanquam aliàs malignè reliqua Chriſti,* in publica luce expoſita, *ſilentio involverit)* lib. 18. Antiq. c. 4. *Hoc tempore Jeſus, ſapiens vir, &c.*

XXIV.

JO. MICRÆLIUS

Lib. IV. Judæ, Dial. 2.

THEOPH. Joſephus tibi, ô Juda, tanquam gentilis tuus, & antiquitatum veſtrarum vernaculus index, ut Tertullianus (*in Apologet. cap. 20.*) ait, notus eſt, nec de auctoritate tanti inter majores tuos viri, ullum tibi poteſt ſuboriri dubium. JUD. Illumne Joſephum putas, qui Hebraicè de bello Judaico ſcripſit, & beneficio Sebaſtiani Münſteri, jam Latinè loquitur, an Joſephum Græcum?

cum? TH. Joſephus Hebraicus, quem aliàs Joſippum vocamus, Caſaubono & aliis non videtur adeò multis abhinc ſeculis conſarcinatus: eſtq; illius Joſephi, qui Græcè Antiquitates Judæorum & bellum Judaicum ſcripſit, abbreviator, ſicut *Juſtinus Trogi*, & *Xiphilinus Dionis Caſſii*: & fatetur ipſe, ſe de ſummis Joſephi ramuſculis librum ſuum decerpſiſſe. Sed cum ampliſſimum teſtimonium de Jeſu noſtro Domino, ut & de Johanne Baptiſta in Joſepho Græco inveniamus, Hebraicus Joſippus Johannem quidem vocat *Rabbi Johannem*, כהן גדול *magnum ſacerdotem*, ſed quæ de Jeſu in Joſepho Græco [*l. 18. c. 4.*] invenit, planè omiſit. JUD. Imò hoc teſtimonium [*Joſipp. Compend. Hiſt. p. 82.*] Jeſu veſtro Nazareno dat, quod tempore Hyr-

Digitized by Google

cani comprehenſus ſit: id quod etiam Talmud paſſim comprobat. TH. Servator noſter poſt tempora Hyrcani & Pompeii ſexaginta amplius annis natus eſt. Alium igitur oportet eſſe Jeſum Nazarenum, cujus Joſippus meminit; & alium, quem Joſephus tempore *Pilati* crucifixum memorat. Ille matrem habuit *Pandeiram*, ut ex duobus Talmudis locis patet: hujus pater in terris nullus; mater verò innupta, virgo Maria. Ille Mamzer, ſeu ſpurius fuit, non ex legitimo Pandeiræ marito ſatus, ſed ex adultero Papho, Jehudæ filio natus: hic illæſis virginitatis maternæ clauſtris in lucem prodiit. Ille paucos habuit diſcipulos, quorum quinque nominat Talmud, nomi[illegible]ſtris A[illegible]mninò à noſtris Apoſtolis [illegible]iverſis: H[illegible]iſtis diverſis: hic præter

Google

ter XII. Apoſtolos LXX. alios diſcipulos emiſit in meſſem ſuam. Ille magnus, idololatra, libidinoſus, matreq; adultera & polluta natus, cum in conſortio Magiſtri ſui R. Jehoſchuæ, qui vixit circa tempora Ariſtobuli & Hyrcani, eo itinere, quo ex Alexandria Hieroſolymam rediret, ob laſciviorem alienæ uxoris aſpectum è Synagoga deturbatus, & ſecta peculiari inſtituta, ob ſcelera tandem varia, poſt captivitatem XL. dierum in urbe Ludda lapidatus fuit; ut ex Talmude, & imprimis ex capite Chelek videre eſt: hic verò, cum ſeditionis falſò accuſaretur, die toto non elapſo, inſons crucifixus Hieroſolymis, tantæ fuit divinitatis, ut Joſephus eum *virum* vix audeat dicere. Παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων, τῶν ἡδωνῇ τὰ ἀληθῆ δεχομένων. Pa-

cani comprehenſus ſit: id quod etiam Talmud paſſim comprobat. TH. Servator noſter poſt tempora Hyrcani & Pompeii ſexaginta amplius annis natus eſt. Alium igitur oportet eſſe Jeſum Nazarenum, cujus Joſippus meminit; & alium, quem Joſephus tempore Pilati crucifixum memorat. Ille matrem habuit *Pandeiram*, ut ex duobus Talmudis locis patet: hujus pater in terris nullus; mater verò innupta, virgo Maria. Ille Mamzer, ſeu ſpurius fuit, non ex legitimo Pandeiræ marito ſatus, ſed ex adultero Papho, Jehudæ filio natus: hic illæſis virginitatis maternæ clauſtris in lucem prodiit. Ille paucos habuit diſcipulos, quorum quinque nominat Talmud, nominibus omninò à noſtris Apoſtolis & Evangeliſtis diverſis: hic præter

ter XII. Apoſtolos LXX. alios diſcipulos emiſit in meſſem ſuam. Ille magnus, idololatra, libidinoſus, matreq; adultera & polluta natus, cum in conſortio Magiſtri ſui R. Jehoſchuæ, qui vixit circa tempora Ariſtobuli & Hyrcani, eo itinere, quo ex Alexandria Hieroſolymam rediret, ob laſciviorem alienæ uxoris aſpectum è Synagoga deturbatus, & ſecta peculiari inſtituta, ob ſcelera tandem varia, poſt captivitatem XL. dierum in urbe Ludda lapidatus fuit; ut ex Talmude, & imprimis ex capite Chelek videre eſt: hic verò, cum ſeditionis falſò accuſaretur, die toto non elapſo, inſons crucifixus Hieroſolymis, tantæ fuit divinitatis, ut Joſephus eum *virum* vix audeat dicere. Παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων, τῶν ἡδονῇ τὰ ἀληθῆ δεχομένων. Pa-

travit ea miracula, quæ hominibus prorſus negata ſunt; doctoremque ſe præbuit illorum, qui cum voluptate ea, quæ vera ſunt, receperunt. Χριστὸς οὗτος ἦν: *Meſſias erat,* inquit Joſephus, & à Judæis accuſatus, atq; à Pilato cruci affixus, apparuit iterum diſcipulis, iterumque revixit; prout divini Prophetæ hæc & innumera miracula alia de eo prædixerant. JUD. Hæccine Joſephus habet, Theophile? TH. Apud ipſum lege, ſi lubet. Etſi enim erat acerrimus traditionum paternarum æmulator, nihilominus rectiùs modernis veſtris Magiſtris de Jeſu ſenſit; eumque *apertè Meſſiam confeſſus*, omnium Prophetarum divinorum complementum in eo factum eſſe aſſeruit. Sed vos Judæi, quæ de illo Jeſu Nazareno, cujus Joſippus meminit, in Tal-

mude

mude veſtro conſignata legitis, non ſine deteſtanda blasphemia, Domino & Salvatori noſtro Jeſu Chriſto falſò impingitis. JUD. Ego verò vel fando nunquam quicquam de duobus Nazarenis, eodem nomine Jeſu vocatis, accepi. TH. Ipſa verò tempora, quod dixi, confirmant. Tu modò, qui hactenus ingens in Dominum noſtrum concepiſti odium, quia, quæ de alio Jeſu in Talmude patrata legiſti, ipſum feciſſe credidiſti; rectiùs tandem de innocenti & ſancto viro, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ, ut Joſephus ait, ſentire occipe. Habuit ille præcurſorem Johannem Baptiſtam, cujus pietatem & divinum in animis, ad Meſſiam ſuſcipiendum præparandis, zelum Evangeliſtæ paſſim deſcribunt. Nec hic Joſepho eſt incognitus. Vocat

eum [*l.18.c.7.*] ἀγαθὸν ἄνδρα, *virum bonum*, qui Judæos ad virtutum, & imprimis pietatis ac juſtitiæ ſtudia, ſimulq́; ad baptiſmi lavacrum excitaverit; quo ab Herode Antipa citra culpam cæſo, apud Judæos opinio invaluerit, juſta ultione numinis deletum Herodis ab Areta exercitum. Idem Joſephus meminit [*l.20.c.8.*] Jacobi, tempore Herodis Agrippæ interfecti, eumque *fratrem*, (quo nomine conſanguineos etiam notant Hebræi) *Jeſu Chriſti* vocat. Ecce Jeſus noſter *altera vice* Joſepho tuo *Meſſias* eſt.

XXV.

JAC. USSERIUS

Tom. II. Annal. Ætat. Mund. VII. fol. 613.

Cùm Acta Chriſti, per quatuor paſchata diſtincta, exhibuiſſet è quatuor Evan-

Evangeliorum harmonia *Jo. Richardſoni, S. Theol. D. & Ardachdenſis, in provincia Armachana, Eccleſiæ Epiſcopi*, hæc tandem adjecit ſequentia:

HUcusq; Evangelica protenditur hiſtoria, res Chriſti & præcurſoris ejus, Johannis Baptiſtæ explicans; quorum à Fl. Joſepho, Judæorum Hiſtorico, in *18. Antiq. libro*, brevis, ſed honorifica facta habetur mentio. [Poſt ea, quæ ad Jo. Baptiſtam attinent.] De Chriſto Domino in *4. capite* iſta: *Eodem tempore fuit Jeſus vir ſapiens, ſi tamen virum eum oportet dicere. Erat enim mirabilium patrator operum, & doctor eorum; qui libenter vera ſuſcipiant. Plurimos quoq; tam de Judæis, quàm de Gentibus ſui habuit ſectatores:* & credebatur *eſſe Chriſtus, &c.* Ita in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis locum hunc tranſtulit *B. Hieronymus*, cujus

jus illa lectio: *Credebatur eſſe Chriſtus*, alteri illi videtur præferenda, quæ apud *Euſeb. lib. I. Hiſt. Eccleſ.* κεφ. ι. & *Rufinum*, & in noſtris Codicibus habetur, ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν, *Chriſtus hic erat.* Cùm ad noſtram religionem nihilo propiùs acceſſiſſe conſtet, quàm *Regem Agrippam*, cui ille erat addictiſſimus; cujus illa ad Paulum exſtat profeſſio *Act. XXVI, 28: Propemodum perſuades mihi, ut fiam Chriſtianus.*

XXVI.

ANT. HULSIUS

Lib. I. Part. I. de Adventu Meſſiæ, Sign. VIII. p. 128.

VOlunt Judæi, eundem Flavium Joſephum, qui ſcripſit Græcè, etiam ſcripſiſſe hiſtoriam ſuam Hebraicè; & ſpeciali inſtituto, in exem-

exemplari Hebraico, ſe ipſum vocare *Joſephi Ben Gorion*, qui in Græco dicatur *Flavius Joſephus*. Major eſt apud ipſos *authoritas Joſephi Hebraici*, quàm Græci; præſertim *cùm non perhibeat teſtimonium de Chriſto, uti Græcus*; multaque figmenta contineat (inter quæ & illud de Zephone) quæ ſomniis aliquot Judaicis adſtruendis non parum inſerviunt. Excuſus eſt Hebraicus Joſephus Venetiis & Baſileæ. *Baſilienſis* editio an. 1541. *mutila* eſt; *deſunt* enim *libri de bello Judaico*. Ejus exemplar ego habeo, cum verſione & annotationibus *Sebaſtiani Münſteri*, qui etiam cum Judæis ſentit, hunc Joſephum eſſe eundem cum Flavio; quod aliquot rationibus in præfatione ſua, ad edit. Baſil. evincere ſatagit. Non tamen ideò majorem ei tribuit authoritatem,

tatem, quàm Græco; cùm *corruptum eſſe* agnoſcat, fabellis Judaicis conſpurcatum, & *teſtimonium de Chriſto, Judæorum malitia, eraſum*. Sed diverſos eſſe Scriptores, communis Chriſtianorum ſententia eſt, &c.

XXVII.

JOHANNES HOORNBEEK

Lib. III. contra Judæos, cap. V.

JEſu noſtro egregium, ut ſupra Judaicum attributum eloquium legitur apud Flavium Joſephum, *Antiquit. lib. XVIII. cap. IV.* quod quia dubiæ fidei habetur apud Chriſtianos ipſos, & Judæi palàm rejiciunt, ideò non attuli vel iſto loco, vel modo, quo tale, ſi quidem eſſet ἀναμφισβήτητον, mereretur. Alii tamen genuinum aſſerunt. Et propterea in diſpu-

tatione

tatione noſtra omninò, ſaltem hoc loco, omiſſum nolui. Satis verò oſtendo, me aliis potiùs fidere argumentis, quam huic. Locus ita habet: Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνήρ. Citat pro Joſephi illud teſtimonio, inter Veteres, *Euſebius in Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. I. cap. XI.* Atque, in *Demonſtratione Evangel. lib. III. cap. VII. Hieronymus in Catal. Script. Eccleſiaſt. Suidas, in Lexico, Tom. I. pag. 12. 65.* voce Ἰώσηπος. *Hermias Sozomenus, in Hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. I.* Atque Joſepho illud vindicatum eunt, *Baronius Annal Tom. I. ad a. 34. num. CCXXVI. Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis pag. 26. Ant. Poſſevinus in Apparatu Sacro. Tom. I. pag. 966.* Atque ex Proteſtantibus, *Sebaſtianus Lepuſculus*, inter Epiſtolas Philologicas *Goldaſti, Epiſt. LXI. Wilhelmus Schikardus,*

dus, in Serie Regum Perſicorum, ſeu *Tarich. pag. 61. Joh. Müllerus in ſuo Judaiſmo, part. I. cap. XXXIX. pag. 1103. Joh. Tobias Major, Exegemat. in Act. Apoſt. II, 22.* Magnus vir, *Gerardus Johannes Voſſius*, ſic de eo, *lib. II. de Hiſtor. Græcis*, cap. VIII: *Illuſtre apud eum de Chriſto teſtimonium habemus in duodevigeſimo Antiquitatum libro: unde illud etiam citat Hieronymus in Eccleſiaſticorum Scriptorum Catalogo, item Suidas in Ἰώσηπος. Mirum verò, non meminiſſe ejus Photium, in Excerptis ſuis cap. LXXVI.* Ex adverſo alii disputant, & locum cenſent ſuppoſititium: ex *luxata* & *hiante* (uti putant) *connexione*; quod totum eſt, quod objiciunt. Neq; enim, ut multi multa in Veterum ſcriptis olim mutarint, addiderintq;, ideò hujus apud Joſephum loci ſimilis res eſt, & caſus. Neq; eſt,

quod

quod adeò mirum videatur teſti-
monium, à Joſepho Chriſto per-
hibitũ, ſupra teſtimonium, quod
idem Scriptor de Johanne Bapti-
ſta protulit. Niſi & hoc etiam,
quia elegans & admirandum, pro-
pterea in dubium trahas; quod
neſcio an ulli hactenus fecerint.
Jam autem omnia ferè contra
hoc objicias, quæ contra illud.
Unde annon illud quoq; de ſer-
monis, qui videtur, interruptione
& ἀνακολουθία ſolvi poſſit; quæ an
tanta revera ſit, ac putatur, & an-
non paria ei exempla ubiq; dari
poſſint, ego impræſens non dis-
puto. Qui vel proinde, quia “
non pro certo ab eruditis non- “
nullis illud haberi ſciebam te- “
ſtimonium, ne aliorum certi- “
tudinem hac ratione ullatenus “
comminuerem, non præterire “
quidem, ſed nec urgere, volui, “

in hac

„ in hac gravi materia, ubi de
„ fundamento & ſumma rei agi-
„ tur; nempe de Meſſia, quis il-
„ le ſit?

XXVIII.

JAC. ALTING

Lib. IV. de Schilo, cap. 29.

TErtius locus inter teſtes Judæos de Jeſu Meſſia debetur Joſepho Hiſtorico, genere Sacerdoti, religione Phariſæo, munere Præfecto Galilææ, & exercitus Judæorum in illa provincia Imperatori. Hic licet *ad extremum usq; Judaico cultui addictus* manſerit, et tamen *de Jeſu, deq; Jacobo* Apoſtolo *teſtatur*, *quæ Evangelicæ hiſtoriæ exactiſſimè conſentiant*; ſimulque ipſum *ab omni odio & inſectatione* in Jeſum, ejusq; doctrinam & diſcipulos *alieniſſimum* fuiſſe, probent. De Jeſu enim ſic ſcribit An-

tiquit.

tiquit. lib. 18. cap. 4: Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς τις σοφὸς ἀνήρ. *Erat eodem tempore JESUS QUIDAM, vir ſapiens, &c.* Jeſum hic nominat conſentienter Evangelio *hominem ſapientem*, imò *homine majorem*, Matth. 16. v. 13. ſeqq. *miraculorum patratorem*, Joh. 3. v. 2. *veritatis doctorem*, ſed apud eos, *quibus veritatem audire volupe*, Matth. 22. v. 17. Joh. 18. v. 37. quorum tàm *ex Judæis* Hebræis, quàm *ex Græcis* innumeros habuerit *ſectatores*, Joh. 12. v. 9, 11, 20. imò ipſummet *Meſſiam*, Joh. 1. v. 42. Refert, *primoribus Judæorum inviſum*, ad horum delationem *à Pilato crucis pœna interemtum*, diem tertium vita caruiſſe, Luc. 24. v. 19, 20, 21. Act. 13. v. 27, 28. Tunc verò, ea recepta, *apparuiſſe* non omnibus, ſed *iis duntaxat, qui mortuum etiam amare perſeverarant.*

Act.

Act. 10. v. 38. ſeqq. Hancq; ipſius tàm *mortem*, quàm *reſurrectionem*, quæq; *alia* fecerit, ſanctos *Prophetas* ita futura *prænunciaſſe*. Joh. 1. v. 46. Luc. 24. v. 25. ſeq. v. 44. ſeq. Deniq; *Chriſtianorum* gentem ab ipſo *denominationem* ſortiri. Act. 11. v. 26. Eph. 3. v. 14. 15. Rurſum de Apoſtolo Jacobo, fratre Domini, *Antiq. lib. 20. cap. 8*: ὁ δὲ νεώτερος Ἄνανος, ὃν τὴν ἀρχιερωσύνην εἴπομεν παρειληφέναι, θρασὺς ἦν τὸν τρόπον, καὶ τολμητὴς διαφερόντως. Αἵρεσιν δὲ μετήει τῶν Σαδδουκαίων, οἵπερ εἰσὶ περὶ τὰς κρίσεις ὠμοὶ παρὰ πάντας τοὺς Ἰουδαίους, καθὼς ἤδη δεδηλώκαμεν. Ἅτε δὴ οὖν τοιοῦτος ὢν ὁ Ἄνανος, νομίσας ἔχειν καιρὸν ἐπιτήδειον, διὰ τὸ τεθνάναι μὲν Φῆστον, Ἀλβῖνον δὲ ἔτι κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπάρχειν, καθίζει συνέδριον κριτῶν, καὶ παραγαγὼν εἰς αὐτὸ τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ λεγομένου, Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ, καί τινας ἑτέρους, ὡς παρανομησάντων

πάντων κατηγορίαν ποιησάμενος, παρέδωκε λευσθησομένους. Ὅσοι δὲ ἐδόκουν ἐπιεικέστατοι τῶν κατὰ τὴν πόλιν εἶναι, καὶ τὰ περὶ τοὺς νόμους ἀκριβεῖς, βαρέως ἤνεγκαν ἐπὶ τούτῳ. Καὶ πέμπουσι πρὸς τὸν βασιλέα κρύφα, παρακαλοῦντες αὐτὸν, ἐπιστεῖλαι τῷ Ἀνάνῳ μηκέτι τοιαῦτα πράσσειν, μὴ δὲ γὰρ τὸ πρῶτον ὀρθῶς αὐτὸν πεποιηκέναι. *Junior autem Ananus, quem Pontificatum ſummum accepiſſe diximus, temerarius erat moribus, & immanè quantum audax. Sectam verò amplectebatur Sadducæorum, qui in judiciis crudeles ſunt ſupra omnes Judæos; uti jam declaravimus. Talis igitur cùm eſſet Ananus, ratus nactum ſe tempus opportunum, quòd mortuus eſſet Feſtus, Albinus verò adhuc in via eſſet; conſtituit Synedrium judicum, & adducens in illud fratrem Jeſu, qui Chriſtus dicitur, Jacobo nomen erat, aliosq́ nonnullos, accuſatos ceu Legis violato-*

 lato-

latores, tradidit lapidandos. At qui videbantur æquiſſimi civium, & circa leges exquiſitiſſimi, graviter id tulerunt; miſeruntq́; clàm ad Regem, rogantes ipſum, ut per literas mandaret Anano, ne tale quid ultrà admitteret; neq; enim hoc primum rectè egiſſe. Et rurſum recitante ejus verba *Euſebio Hiſt. Eccl. lib. 2. c. 22:* Ταῦτα δὲ συμβέβηκεν Ἰουδαίοις κατ᾽ ἐκδίκησιν Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ, τοῦ λεγομένου Χριστοῦ. Ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα οἱ Ἰουδαῖοι ἀπέκτειναν. *Hæc verò* (quæ vaſtationem Hieroſolymorum, & Reipubl. Judaicæ excidium attinent) *acciderunt Judæis, in ultionem Jacobi Juſti, qui frater Jeſu, dicti Chriſti; quoniam, cùm juſtiſſimus eſſet, Judæi eum interfecerunt.* Cædem Jacobi injuſtam ſcribit, etiamſi violatio Legis obtenderetur; quaſi ab ipſo admiſſa non vita (nam juſtiſſimum

ſimum pronunciat) ſed doctrina; improbatam ab æquiſſimis, legumque peritiſſimis; vindicatam extremo gentis excidio.

XXIX.
CHRIST. NOLDIUS
in Hiſtoria Idumæa, ſive de Vita & Geſtis Herodum, num. XX.

HErodes moriturus, *Alexæ* huic, cum *Salome* uxore, ultimæ voluntatis ſuæ exſecutionem credidit; mandans, ut, quamprimum animam edidiſſet, hippodromũ, in quem regni nobiliſſimos, ad corrumpenda populi ſuper morte ſua tripudia acciverat, militibus circumdaret, & concluſos interficeret. Sed ille tamen, affine melior, & cruentam ac tàm hor-

ridam parentationem deteſtatus, omnes mortuo tyranno dimiſit. Quæ hîc poſt *Num. 19.* recoquo, quod *Ludovicus Cappellus, Hiſtor. Apoſtol.* illuſtrat, *p. m. 105.* hoc exiſtimet commentum: *Quaſi Joſephus, hoc ut commento* παιδοκτονίαν *Bethlehemiticam voluiſſet obſcurare.* At verò etiamſi hæc *nobilium captivitas*, & *cædes Bethlehemitica* valdè ſint ὁμόχρονα; *confundi* tamen, alterumq́; pro *fabula* haberi, nequeunt: Cùm certum ſit, *Flavium*, ſuperſtitione ſua faſcinatum, *tantum Chriſti & rerum ejus habuiſſe faſtidium, ut nec palàm, nec tectè, quidquam eorum, quæ egit aut paſſus eſt, ſcribere voluerit; ſolam ejus mentionem faciens in Jacobo lapidato*, quem ἀδελφὸν Ἰησοῦ, τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, appellavit. *Antiq. lib. XX. c. 8.* Omninò enim teſtimonium ejus de Chriſto, *Antiq. lib. XIIX.*

c. 4.

Digitized by Google

c. 4. (etſi *Euſebio in Catalogo, &c. Hegeſippo Excid. lib. II. c. 12.* probantibus etiam *Baronio Tom. I. Annal. Poſſevino Appar. Sacr. p. 279. in Joſepho, & Bibliothec. lib. XVI. c. 14. p. 301.* memoratum) eſt *ſuppoſititium.* Ita autem verba habent: Γίνεται κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνήρ, *&c.* Ad quæ rectè *Cappellus Hiſtor. Judaic.* p. m. 110 : *Hoc loco,* ait, *fit apud Joſephum Jeſu Chriſti Domini noſtri mentio perhonorifica; ſed ſuſpecta videntur, quæ iſthic de Chriſto dicuntur, &c.* [Vide integrum locum ſuprà, in Excerptis *Exegem. Jo. Tob. Majoris, pagg. 54. 55.*]

XXX.

ERUDITE LECTOR!

EN Tibi Veterum quorundam, ac Recentiorum, qui hujus meminere teſtimonii, Excerpta; ſed *quorundam* tantùm: Neque enim me latet, *Euſebium in Demonſtrat. Iſidorum Peluſiotam, Sozome-*

num, *Cedrenum* id attigiſſe; & *Salianum*, *Maſcardum Jac. Cappellum*, alios præterea, litem hanc Flavio intendiſſe: Hi verò auctores (Græci cumprimis) in manibus non erant. Loca, ſive judicia noñullorum vel in ipſis jam leguntur Epiſtolis, vel etiã his præmittuntur; quæ hîc rurſus repetita Emtori æquè ac Lectori moleſtiam exhibuiſſent. Alios de induſtria omiſi, qui teſtimonium iſtud (ceu *Suidas*, aut *Don Martinus Alphonſius Vivaldus* in Gloſſis ad *Petri de la Cavalleria Zelum Chriſti contra Judæos, Saracenos, & Gentiles, num. 1014.*) ſine ulla ratione, aut judicio, ex ipſo Joſepho, vel ex Euſebio, leviter citarunt. Cæterum hæc Excerpta (ut & Epiſtolas) ea locavi ſerie, qua Viri φιλολογοῦντες vixerunt, ſcripſeruntvé; ut ne ambigua honoris contentio quibuſdam odioſa eſſet. Deniq; ſingulari Lectorum (ſi qui ſint futuri) modeſtiæ, benevolentiæq;, *errores* fortè *typographicos* committo; cùm ſumma nundinarum feſtinatiò in talibus me curioſum eſſe haud ſinat. Fortuitò in *pag. 176. lin. 1.* incidens, omiſſas voces duas

duas (*iſte tuus*) deprehendi, hunc in modum reſtituendas: *Joſippus* iſte, tuus *Ben Matthiæ, &c.* Sic enim Judæi, velut à vitio ſtudioq́; oſtentationis loquaciores, Gorionidem ſuum (ceu in *Prolegomenis* quoque monui) haud rarò appellant. Quod ſupereſt, fave, ac vale.

Ἀνὴρ, pro, ἄνθρωπος. 156. non ſignificat *filium hominis.* 97

Antiquitas conjungatur, ſi poteſt; & ubi opus fuerit. 223. 229. 242. 344

Antiquorum cauſſa potiùs *defendi* debent. 82

A ſe Deus. 146. 147

Aſſenſus & *confeſſio* diſtinguuntur. 179. 181

B.

Banus Hemerobaptiſta fuit. 312

בן אנוש, quid ſignificet? 54

Blondelli *ſcripta hiſtorica.* 208. 209

Bœcleri de notis *Ruperti*, ad Synopſin *Beſoldianam*, judicium. 273

C.

Cajus presbyter *auctor* libri de *Univerſo.* 328. 329

Cantabrigienſis codex Joſephi. 133. 138. 210. 220. 221

Carmina *Sibyllina.* 72. 73. 157. 212. 344

Chriſten/ Maſchiach. 97

Chriſtus hic erat, non ſatis explicat omnia. 305. 306

Clemens Alexandrinus, è *Flaviis* videtur ortus. 71. hujus loci non meminit. 322

Cocceji pium de hoc loco judicium. 154. 155

Codex Ebræus, Romæ repertus, *abraſo teſtimonio;* quod & alia non habent exemplaria. 141. 142. 250. 343. 377. 380. 408. 425

Confeſſio & *aſſenſus* diſtinguuntur. 179

Connexio textus hiſtorici urgetur. 77. 87. 213. 235. 256. 313. 388. 390. 397. 409

Corruptela loci alicujus *evidens ſit*, oportet. 246

Credebatur, pro, *Erat*. 258. 414. 415. 423

Criticorum *communis regula*. 66. infringitur. 87. repetitur. 120

Crucis *ignominiam* per *lignum* expreſſit Juſtinus. 318

D.

Difficultas judicandi de locis corruptis. 265

Domitiano ſuſpectus, *ob familiaritatem uxoris*, Joſephus. 182. illi non blanditus eſt idem Joſephus. 396

E.

Ἑλληνικοὺς quoſnam converterit Chriſtus? 215

Ἐνδείξεις

Ἔνδειξις, quid ſignificet Joſepho? 258
Ἐπιλυμάω, verbum frequenter à Flavio uſurpatur. 247
Ἴτερον, vox fraudem indicans, ac prodens. 257
Euſebii auctoritas. 72. hujuſdem de dignitate Joſephi, teſtimonium. 74
Euſebius citat, ut genuinam, pericopen illam. 225. *non* eſt *fraudis* hujus *auctor.* 272. quædam *ex Juſtino* inverecundè *deſcripſit.* 318
Ex abrupto narrandi aliquid, mos Hiſtoricorum. 188
Excerpentis Photii *lectio interrupta.* 106. 123
Excerptorum conſuetudo. 81

F.

Familiaritas Joſephi cum Apoſtolicis viris. 67. 303. 366
Filii *Deitas* defenditur. 147
Flavii aliquot fuere *Chriſtiani.* 70. 71
Flaviorum *petitio* ficta. 71. 99
Fluctuantes in religione. 113. 114
Fraudes piæ veterum. 42. 72. 212

Fraus hæc *poſteriorum ſeculorum* eſſe, creditur quidem à *Vorſtio*. 152. ſed *primorum* fuiſſe, oſtenditur. 158. 211. 216. 243
Freinshemii de hoc loco judicium. 248

G.

Dav. Ganz, de Flavio, judicium. 159. 282
Gemara & *Gemariſtæ*. 159. 160. 181. 182
Gentiles Chriſtus *quot* converterit? 215. 216
Giſanii, de hoc teſtimonio, judicium. 140
Gorion, patris nomen, nec familiæ. 36
Gorionidis hiſtoria Ebraica non eſt antiqui illius. 49. & ſeqq. Quæ fides ei ſit habenda? 52. editio *Cracovienſis* cum verſione *Germanica* confertur. 277. 281. truncatio indicatur. 279. lacuna ſuppletur. 281. 282
Gronovii ſingularis modeſtia, ac pietas. 204

H.

Pſeudo-*Hegeſippus*. 21. 22
Hieronymi exemplar cum noſtris non convenit. 131. 414. 423. *quid illi* hac ipſa de re *viſum ſit?* 257. 316

Hiſto-

Hiſtorici *munus.* 191. 192. 334
Hiſtorici quando *temporis rationem non habeant?* 379. 380. *Repetitionibus* interdum *utuntur.* 109. 110
Hiſtoricis *quibus non credant* Judæi? 33
G. *Hornii* ſententia. 191
Hypotypoſeon libri. 95

I.

Jacobi & item *Johannis* honeſta mentio. 68. 69. 75. 99. 100. 124. 174. 239. 299. 300. 306. & ſeqq. 353. 354. 357. 376. 411. 421. 432.
Jeſus *Nazarenus*, cujus meminit *Talmud.* 56. 236. 386. 387. 417. 418.
Impoſturam quomodo tegant Judæi in hiſtoria? 40
Joſephi *duo diverſi.* 44. 45. 158. 159
FL. JOSEPHI *ætas, ſtirps*, ac *ſecta.* 1. innotuit *Poppeæ.* 2. ſacrorum oraculorum *interpres pravus.* 3. & ſeqq. Ejus libri de *bello Judaico.* 7. & reliqua *ſcripta.* 8. *ſtylus.* 10. 373. prænomen *Flavii.* 70. ad Chriſtum *non converſus.* 98. *in* Judaica *religione conſtans.* 167. 430. erat *è numero Sapientum.* 101. Phari-

Digitized by Google

ſæus *titubans*. 156. *adulator*. 172. 394. 395. 415. qualis præterea? 181. 182. *virtute Dei compulſus*, hæc ſcripſit. 229. 372. *perfidia Judaica* in ipſo notatur. 373. 436. *Chriſtianis æquior* fuit. 68. hos *laudavit*. 363. ſcripſiſſet *nimis Chriſtianè*. 241. 258. & ſeqq. 297. 303. 431. *nihil* in eo *Chriſtianiſmum* redolet. 378

JOSIPPUS Gorionides qualis Scriptor? 12. & ſeqq. *Non* fuit *Ben Matthiæ*. 13. dicitur *Longus*, ad diſcrimen. 14. *Gallus Judæus* is erat. 15. 381. hujus *inſcitia*. 16. editio *duplex*. 20. 425. *teſtimonium* de Chriſto *non habet*. 406

Judæi *quibus* Hiſtoricis *fidem* non habeant? 33. quidam *de Chriſto honeſtè* ſenſerunt. 366

Judæorum malitia in *abraſo* hoc *teſtimonio*. 142. horum *triplex*, poſt Chriſtum paſſum, *genus*. 367

Judæorum atque *Ægyptiorum ſacra* conjunguntur. 79. 80

Hadr. *Junii* ſententia de hac pericope. 196

Juſti-

Juſtinus, cur hoc ipſo. *contra Tryphonem*, teſtimonio non ſit uſus? 270. 318. & ſeqq.
Juſtus Tibérienſis, communi *Judæorum vitio* laborans. 85

K.

Καὶ (ut Ebræorum, Ki, 279.) fraudem factam indicat. 313
Karaitarum ſcripta. 145

L.

Λεγόμενος, ex *opinione* hominum. 127. 136. 180. 188. 436.
Liber Photii *de Univerſo*. 95. 122. 123. 325. 328.
Lignum pro *cruce*. 318. 319

M.

Manuſcriptorum *lata fides*. 139. 140
R. Menaſſis Ben Iſraël conciliator in *Prophetas*. 145. 162. 166. *effugium* ejus *de doctrina* & miraculis *Chriſti*. 146. ſingularis *erga Chriſtianos* modeſtia. 168
Meſchichiim, id eſt, Chriſtiani. 97

Meſſias

Digitized by Google

Meſſias *quis eſſet*, ignorabant. 180. 181.
apertè Meſſiam *confeſſus* eſt. 420.422
Miſchnajoth, cum *Latina* verſione. 162
Montacutii, de hoc teſtimonio, judicium. 137
Munſterus Joſephos *duos pro uno* habuit. 38.39

N.

נבלה, *grave* flagitium. 41
Niphal participium *pro Benoni* in Kal. 46

O.

Oracula *Sibyllina*. 73.157.212.344
Origenes *laudatur*. 332.333. *fraudis* iſtius *auctor* creditur. 334. & ſeqq. Is *contra Joſephum* adducitur. 331.332
Origenis *ætas fraudem* hanc *anteceſſit*.211. 238. Ejus *ſtropha de infanticidio* notantur. 336. & ſeqq. ut & *de tempore nativitatis* Chriſti. 340
Oſiander *ob* inanem *metum* notatur. 127. *defenditur*. 130. denuò urgetur. 136

P.

Patres decepti. 91.178

Παρέ-

Παράδοξα ἔργα tribui & aliis poſſunt. 214. 301. Joſephus hæc *de Chriſto non intellexit.* 261
Participium Niphal *pro Benoni* ponitur. 46
Paullina hiſtoria, Cloppenburgio qualis viſa? 57. de hac porrò vide ſis 59. 121. 235. 280. 389. 391.
Pax Eccleſiaſtica, contra Pontificem, firmanda. 217
Philo comparatur cum *Joſepho.* 186. 187. 364
Photii *ſilentium.* 80. 81. 84. 105. 324
Photius *ſæpè abiit* à Joſepho. 128
Phraſi Chriſtianorum uſus eſſet Joſephus. 262. 431
φῦλον dici non queunt *Gentes* ac *Judæi.* 216
Pietas *meticuloſa* in talibus. 345
Mart. Polonus notatur. 317
Prophetias *de Chriſto* Joſephus *de aliis* expoſuit *pravè.* 3. & ſeqq. 173. 237. 359.
פוח verbi ſignificatio. 168

R.

Regula communis *Criticorum.* 66

Reli-

Digitized by Google

Religio *Aulicorum.* 113.121
Repetitio *nil probat.* 402.403
Repetitiones *Liviana.* 110. & in *S. Scriptura* uſitatæ. 401
Rigor *à lectione veterum* abſit. 111

S.

Scriptores *Ethnici* cur *non adeò corrupti?* 96
Scriptores veteres *non curioſi verborum* erant. 109
Scriptoribus *aliquid inſerere*, olim *facillimum* fuit. 93
Sectæ Arabicæ. 194
Seculo *ſecundo fraus* iſta facta eſt. 211. *non poſterioribus* ſeculis. 152.178
Semi-Judæi. 238
Seneca *Chriſtianæ* religionis *non curioſus.* 187. 212
Sibyllina, *vide*, Carmina, & Oracula.
Sigonius *Livium* fruſtrà *reprehendit.* 110
Sozomenus *laudat* Joſephum. 226
Statua, Chriſto poſita. 215
Stylus eſt fraudis iſtius indicium. 298

Digitized by Google

Syrophœniſſa, *è Gentibus* à Chriſto *converſa.* 215

T.

Theodoreti, de Joſepho, inſigne argumentum. 323. 324

Tertullianus non meminit teſtimonii Flaviani contra Judæos. 321

Teſtimonia *Alcorani* de Chriſto. 193. 199.
Suetonii, ac *Taciti.* 155. 181

Teſtimonium hoc, *ante Euſebium & Hieronymum*, Joſepho fuit additum. 42. non eſt *ἀσύνδετον.* 77. & ſeqq. ſaltem *interpolatum.* 238. 265. 275

Titubatio Joſephi. 156. 167. 170. 180. 191. 238

V.

ויהי, vox narrationis hiſtoricæ. 187

Valeſii judicium de hoc loco. 268. & ſeqq.

Veſpaſiano *imperium prædixit* Joſephus. 2. 3. 4. 5. 359

Veterum *figmenta*, quibus *veritatem* adjuvarent. 42. 72

Virginalis verecundia non reperitur *apud Judæos.* 81. 102. 103

Virum malè *negat* Joſephus. 214

Voiſin

Digitized by Google

Voiſin pro genuino habet, citatque. 153.
154
Vorſtii ſententia. 152. 188. 192. 196
Voſſii cautum judicium, ac tacita ſuſpicio.
428

W.

VValtheri ſententia. 287. 404
VVhelocus γνήσιον eſſe, contendit. 222.
Perſica ejus *Evangelia*. 227

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google